ipſum natiuum calorem non concurrere, & omnibus neruis in eam maſ-
ſam agere, ac ipſam diſcutere. Quod.1.quar. habet videri. capite de horis
febrium. rectius exponendo. illud verbum caliditas innata. quam ibi ſo-
leat exponi. vnde eo tempore non ſolum cauſam coniunctam, immo pre-
ter naturali, adiutus naturalis calor etiam antecedentem manifeſte alterat,
concoquit, & expellit (habes diffe. concilio an calor preter naturalis dige-
rat) quod videbis ſatis bene depictum ab ipſo Gale. illo libello citato de
preſentione. in hiſtoria quartane Eudimi philoſofi. vbi in vltimo paro-
xiſmo, tangendo ipſius pulſum promiſit totam materiam peccantem eo
paroxiſmo e corpore expellendam, viſa concitatione nature ex pulſus ma
gnitudine in morbi materiam. Que cum venalis eſſet, modo ſanguinis
fluxu expulſa fuit, conſtat etiam de cauſa antecedenti intelligendum. qui-
bus omnibus diligenter animaduerſis. Non eſt inconſentaneum quod in
interpolatis ſeptimanas. numeremus per circuitiones, & ad ipſas atten-
damus. in quarum intercapedine nihil natura operata eſt circa cauſam con
iunctam, cum tunc non ſit. parumq́ꝫ aut nihil circa cauſam autecedentem,
quod ad criſim pertineat. Nam ſi aliquam humoris portionem caſtiget,
ad benignum conuertendo, id non eſt faciens ad criſim. Quod affirmo ex
dictis Gal. primo de criſi. in hiſtoria anaxionis. quem febris dimiſit in die
xxi. ex toto. reuerſaq́ꝫ eſt in die.xxvii. intenſiſſima. cuius intenſionis cau-
ſam dans Gale. ipſe. ait. ꝙ natura non aliter concoquit humores in venis,
quam pus faciat in apoſtematibus. Quod quanto incendio fiat, attende
ad exemplum ipſius in commento illius. circa puris generationem. Ideò
illud quod manſit e morbo poſt diminutam criſim. xxi. iterum buliuit,
& calefactum eſt, & ea coctionis hora, aucta eſt febris valde. Nonne vi-
des illud ſuperfluum in corpore per dies ſex abſq́ꝫ febre, aut actione ma-
nifeſta nature in eũ. & vides qualiter vnica die manifeſte coxit humorem.
Nam tunc facta eſt perfecta coctio. & ſi iudicatio dilata fuit vſq́ꝫ ad diem
xxxiiii. quod autem illud opus precipue fuerit a naturali calore, ibi de-
clarat. vt in alio propoſito iam eam ſententiam citauimus. Non ergo ne-
gamus cum ſigna coctionis aut ipſius priuationis ſint preſtantiora ſigna,
quibus innitendũ eſt, pro cognoſcẽdo quo morbus vertatur. ſcilicet ad in-
columitatẽ, aut ad perniciem. & id opus ſit alterãtis virtutis, q́ꝫ in interpo-
latis, diebus interpolationis natura omnino vacet ab opere tali in cauſam
antecedentem venalem, Sed cum ea operatio ſit paulatina, nec de tem-
poribus morbi, nec digna comparari ad mutationes creticas, nec eſt opus
ſic clarum, vt illud quod fit in preſentia febris, cum excitatur illa coctio
a calore naturali in preſentia coloris extranei, vt dignum ſit illud memo-
ria. vnde equa lance comparandi veniunt & inſeperabiles per dies & inter-
mittentes per circuitiones, quia tũc eſt tempns pugne, & coctionis expul-
ſioniſq́ꝫ.

ſionisq; .arguméta cum bene intelliguntur, non pugnāt nobis.que tanta dicta ſint, non ad obſtentacioné. Sed poſteros excitando ea autem que diximus de cauſa antecedente & coniuncta quibus referenda ſint non pugnat Gale. libello contra Iulianum cum bene intelligitur in hoc propoſito vbi habet factum morbi non poſſe abſolui niſi cauſa antecedens auferatur. vide ergo eum paſſum. quare &c.

¶ Si quis minima temporis parte iudicandus eſt: peſentiri propenſius poteſt: maxime enim ab initio diſſidet. Qui enim conualiturus eſt: facilius ſpirat: ſine dolore agit: noctu dormit: & alia ſigna ſecuriſſima habet. Qui vero moriturus eſt: ſpirat difficulter: cõflictatur: vigilat: & alia ſigna deterrima habet. 8

GAL.

Verbum propenſius (vt antea eſt proditum) prõptius faciliuſq; ſignificat. Propenſiora enim appellitat faciliora & ad cognoſcendum promptiora Itaq; pauloante dixit. Simpliciſſime enim febres ac ſignis firmate ſecuriſſimis quarto die: aut citius deſinunt. Sed nunc recenſuit id: vt per exempla planius iudicetur: que nã ſigna ſaluberrima cenſeantur. Igitur ipſe inferens dicit. Qui enim conualiturus eſt. facilius ſpirat: ſine dolore agit: noctu dormit. Qui vero moriturus: eſt ſpirat difficulter: cõflictatur vigilat. Deinde vtriq; ſermoni adiecit priori quidem. Et alia ſigna ſecuriſſima habet. Secundo vero: & alia ſigna deterrima habet. Clare indicans vt exemplorum cauſa fecerit mentionem in vtroq; genere ſignorum. Porro id etiam merito adiecit ſermoni. Maxime enim ab initio diſſidet vt antea quoq; dictũ iam eſt: cum inſigne ſit diuortium inter ſe morborum: qui minimo temporis tractu diſceſſuri ſint: aut in ſanitaté: aut in mortem: quomodo eorũ qui plus temporis extendantur ſubſimiles nocte exiſtunt. Ceterum verbũ allophaſim dictum quoq; id nomen eſt ex dictione non admodum conſueta grecis: aut delirare aut inquietos agere: quod verbũ aſomenoys ideſt conflictari ſignificat. Sed rectius quantum ex ipſa dictione coniicio prima ſiignificatio eſt: vt nomen ſit factũ: propter ea ꝙ alias loquatur aliud: nonnulli quia mutet alias in aliam figuram taphac ideſt oculos extitiſſe dicunt appellationem.

## GLOSA.

Complet Hippo. in preſenti textu alteram partem concluſionis, puta ꝙ in morbis qui breui tempore deſinunt, mox a principio facilius quo vertatur, dignoſcetur. Incipit enim ob conditionem talis morbi, aut virtus aut morbus ſic inualeſcere, vt non occultetur vnius aut alterius victoria. quam ſcilicet diſtinctis notis ſtatim declarat, virtutis inquam. facili inſpiratione, priuatione doloris, noturna quiete & ſimilibus, oppoſitis autem, naturam ſubiici morbo. de quibus etiam ſupra in textu. (ſimpliciſſime febres) in genere. promittens hoc loco compleri, vt Gale. in vltimo

illius

illius cõmenti. In ſerie. quorum nominatim poſt habet mentionem. Itaqꝫ
cum tali vnius aut alterius impetu, raro inditia ſunt confuſa, vt anceps ſit
iudicium. Que vt clariora fiant, iuſtum eſt perpendere, ſi in morbis bre-
uis terminationis ſit facilior certiorqꝫ pronoſticatio quam in chronicis,
aut econtra. Non dedit autem dubium hoc parum laboris ſcribentibus a
diebus Hippo. cum in. 2. aphoriſ. dixerit non eſſe acutorum morborum
omnino certas pronoſticationes, hic vero faciles, etiam a principio. & plu-
rimi inepte quidem ſe habuere vſqꝫ ad tempus gentilis. qui ſuper hoc, ſa-
tis bonum fecit tractatum, cuius reſolutio his dictis ſequentibus claudi-
tur. Primum eſt, textus Hippo. citatus in. 2. Apho. cum ſit propoſitio
indifinita, non contradicit huic ſententie. Non enim dixit omnium. ſunt
enim quipiam acuti morbi. de quorum periculo non ambigitur, etiam
virtus videatur fortis, tantus eſt ipſorum impetus. ita de ſalute in aliis non
dubitatur, & ſi morbus magnus repreſentetur, nec ideo virtus ſemper erit
debilis, quia tali maior ſepe. Contingit quandoqꝫ & forſam pluries, natu-
ram & morbum ferme ad perpendiculum ſtare. vbi abſqꝫ magna medici
pericia, vix diſcernetur, vter talium victurus ſit, de quibus proprie intelli-
gitur citata Hippo. ſententia. Secundum dictum. ſi comparas morbos
acutos in ſui initio, ad chronicos eodem tempore, certiores ſunt in acutis
pronoſticationes, in vnum aut alterum latus. Tertium dictum. ſi refe-
ras tales morbos in ſui proceſſu, multo certiores ſunt in chronicis quam
in acutis. Primum ipſius dictum, eſt clare Hippo. ſententia in preſenti
textu. nam in acutis iuſta impetum pugillum, mox a principio viſuntur
diſſimiles. vt Gal. in preſenti cõmento. Sed ipſis talibus morbis proceden
tibus non eſt tanta certitudo, vt nõ poſſit ſuccedere contrarium. aut ex oc-
culta debilitate infirmi, que eſt qualitas que ignoratur. vnde aliquot ho-
mines quos apparẽter robuſtiſſimos iudicamus, ſubito deficere videmus;
ignorata cauſa talis defectionis. Et ſunt incomprehenſibiles res, que ſo-
lum certificantur, poſtquam contingunt. item & latitant ſeue materie. & ſi
mole vincebantur ab aliis humoribus, quorum ſigna apparuere. Quod ſic
defortunauit bonorum medicorum predictiones. Ita oppoſito modo, in-
firmo ad ſanguinem iudicato ex ſignorum firmitudine. & ſi raro. viſum
tamen eſt, iterum virtutem quaſi ex filo appenſam, & funeralibus para-
tis, reuixit homo. Quod vulgus clamat, fecit terminum iſte infirmus. de
quo non immemor Aui. ſecunda. 4. clamauit voce magna. O quanta ſi-
gna timoroſa vidims de caſu pulſus ac ſomni profunditate. &c. Poſ-
que, & ſi probatica ſit piſcina, conualuere aliqui. & quia he variationes
ſubite, non expectate, minime in chronicis habent locum. quia in talibus
non ſuccedunt conactus hinc, aut ilinc, inde eſt in proceſſu acutorum mi-
nor certitudo, quam chronicorum. iu quibus in principio ob vtriuſqꝫ
pugilis

pugilis ignaniam, nullo partes ſuas ex corde agente, quo vertatur morbus, ſepe ignoratur. adeo vt incipientibus duobus pacti chronice, certo tempore nulla ſit diſcrepantia inter eos, quorum tamen alter neceſſario euadet, alter morietur. in proceſſu tamen, exiſtente natura ordinata in motibus ſuis, & gracia conditionis talis humoris, non eſt vnde nouus inſultus contingere poſſit, iam ex victoria ſignorum vnius, aut alterius, certificata ſalus, aut mors, non eſt vnde cambiari poſſit. que pars concluſionis & ſi non ſit expreſſe demente Hippo. in preſenti, intelligitur tamen a Gal. in commento illius in ſecunda. ocutorum morborum. Quia tamen inuerecunde, Raſius nictitur mordere Gal. in hoc propoſito, videatur ſuccinte quid attulit, ac ſoluatur. Ait in primis eſſe in dictis Gal. claram diſcordiam. nam hoc loco inuit propter tarditatem motus materie, eſſe in chronicis pronoſticationes incertas, & ſuper apho. dixit eſſe certas ob eandem cauſam. ad quod reſponſio eſt per quã lucida. nam humorũ tarditas facit in initio eſſe iudicium confuſum, ſed in proceſſu fixum & ſtabile, quia heret ordini vni, talis proceſſus. offerebat ſecundo. in chronicis plus diſtat exitus rei, a ſignis id indicantibus. ergo plus ea paſſio ſubiecta eſt occaſionibus, vt poſſet perturbari iudicium. Reſpondendum eſt, dicere verum, de occaſionibus exterioribus, malo nuncio, regiminis peccato, aut ſimilibus. de internis vero inſultibus, & mutationibus, in maiori proceſſu in chronicis, eſt maior ſecuritas, & multo plures inſultus in acutis in breuiori ſpacio. Aliam rationem facit gent. in fauorem Raſii, & ſoluit, quam per te vide ſi libet. quare &c.

9 ¶ His igitur ita euenientibus: conſiderari conueniet per tẽporis ſpatia & adiectiones ſingulas meantib⁹ morbis in iudicationem. GAL.

Vt antea quecũq; dixit de primo quaternario inter initia receſſuit adiiciendo exempla, pari modo rurſus per hãc dictionem perſequitur ea que ſunt per illam tradita, in qua ait. Sed a primo numerandũ eſt, conſiderandumq; ſingulis additis quaternariis, nec latebit quo nam vertetur.

GLOSA.

Reſpondet Hippo. cũidam dubio in verbis iſtius textus. quia cum dixiſſet mox a principio in acutis morbis facile diſcerni, quo talis inclinetur. ne inde auditor crederet, excuſari conſiderationem in quaternionibus ſequentibus ait, his igitur euenientibus ita conſiderari conuenit per temporis ſpacia, & adiectiones ſingulas, id eſt in quacunq; hora ſiue ſit principium morbi, aut ipſius incrementum, aut ſtatus vſquequo morbus iudicetur. Nam ex tali continuata conſideratione, affirmabis, ea que coniectaſti in principio, aut primo quaternario. quod totum dictum eſt. vt adimpleatur quod dixit, non eſſe omnes acutos morbos eiuſdem farine, nec ad vnum terminum finiri. in. 3. de criſi ac. 2. dierum decretorium & ſequenti

ſequenti commento. Qui ergo ad.xx. diem terminãtur, non eſt irrationale iuuari cõſideratione eorũ,que in proceſſu morbi viſuntur,quibus perpenſis,aut confirmabis mentem tuam,aut non erit horrendũ,ſi conſilium mutaueris.in eo enim extat acutorũ morborum ratio,vt certe non ſint ſemper a principio ipſorum pronuntiationes ſalutis,aut mortis. ex quo iſta conſideratio chronicis eſt neceſſaria,acutis vero vtilis.quare &c.

## Quo pacto in mulieribus a die quo pepererint iudicationes exiſtant. Capite. iiii.

PAri modo in mulieribus iudicationes fiunt a partu: quouis die pepererint. GAL.

PRINCIPIVM numerationis erit nõ quo die cœperint febricitare,ſed quo pepererint. In quibuſdã igitur circa ſecundũ,aut tertium incipiũt diẽ a partu ex quo multi numerãt futurã iudicationẽ.Sed res nõ ita ſe habet,ſed ex quo pepererint numerationem fieri oportet dierũ. Ceterum cum hec oĩa ſummatim de diebus decretoriis docuerit Hip.libet in animatũ reuocetur id qđ a me ſepenumero perpenſum iam eſt.i.quaſdã conquiſitiones haud quicquã conducere ad artis miniſteria logicam habentes cõſiderationem. Vſus enim prędictionis eſt agnoſcere diẽ quo morbus iudicãdus eſt.Sed vtrũ ſit acutus appellandus,an peracutus,an longus,an acutus,an acutus ex cõuerſione de nominibus querere eſt potius quã de rebus. Quod ſi cui placeat talẽ queſtionem eſſe de rebus,ſed nõ de his rebus eſt,ex quibus orſus quiſpiam aut preſentiat futura,aut recte medeatur. Itaq; ſubiiciatur vere precognitum eſſe vigeſimo die fore morbi ſolutionẽ,tum aũt re ita eueniente,quemadmodũ expectabatur quẽdam dicere acutum morbũ extitiſſe, quẽdam nõ acutum permittere nominari ipſum(finem enim eſſe morborũ acutorum quartumdecimũ diem) deinde eos inter ſe diſſidere,& alter appellet perſpicue longũ,propterea ꝙ exciderit acutorũ limitẽ morborũ.nec eſſe exiſtimandũ per morbos aliam tertiam differentiã de quantitate tp̃is haberi, aliter vocet acutũ ex cõuerſione talem morbũ,alius acutũ nominet alius nõ ſimpliciter ita dicat,ſed appellet acutũ paulo adauctiorem. Si quis igitur audiat ea ex quibus ſinguli diſcrepantes veriſimilibus cõmuniunt opinionem, deinde decernat quis, nam eorũ melius peius vt ſentiat, multum cõtereret tẽporis,nec aliquid in arte iuuabitur. Pari modo ſiquis nouit preſentire ſeptimo & vigeſimo ſolutũ iri morbũ, nec' poſſit definire vtrũ acutus, an acutus ex cõuerſione ſit,nequaquã in artis officio offendet. Optimũ eñ eſt ꝑ differẽtias in morbis abs tp̃e ductas tãtũ eorũ exiſtimare eſſe numerum quãta decretoriũ circuitio habet vt breuiſſimus quidẽ primo circunſcribat quaternario, poſtea.2.tum aũt.3.deinde.4. mox.5.ac demũ.6. qui in diem vigeſimum deuenit,poſtea vero aboleri quaternarios,fieriq; per ſeptenarios

ptenatios iudicationes, deinde etiam hos aboleri procedente tempore, ita vt per vicenos dies, morborum efficiantur ſolutiones, poſtea ad menſium numerum deuenire. Duo enim ſunt temporum acceſſus in morbis, vt aut acuti, aut diutini nominentur. Sed gratia illuſtrioris diſcipline ſepenumero ita nominamus, mox ab ipſius ducti reb⁹ inter eos rurſus ponimus acutos ex conuerſione, & omnes differentias tres haberi dicimus, e quibus rurſus ſingulas partimur, velut in acutis hic ſimpliciter acutus, ille peracutus ab ipſo Hip. nominatur. Peracutus, ſi ſeptimum non tranſmeet diem, ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur, tum autē hunc quoq; paulo adiicere cernentes ambigimus propriā non habentes deferre appellatione morbo qui ſeptimodecimo iudicetur, quomodo nec ei qui vigeſimo finiatur, ita vt appareat hac in re ambiguitas aceruus nominata, videaturq; interdū veriſimile non eſſe quartumdecimum limitem acutorū morborum, ſed vigeſimū diem. At vero rurſus & alia ambiguitas ſuper ea ipſa re eſt, etenim morbus acutus cum magnitudine quadā ac febre continua intelligitur. Si enim non ita ſit, quāquam circa quartumdecimū ſoluatur diem, aut etiam citius eiuſdē appellationis nequaquā cenſemus. Igitur he ſunt & tot acutorum differentie acceſſionis morborū. Alie vero eorum qui ad ampliorem latitudinem poſt diem vigeſimū extendantur, & item conſonū rationi videtur, vt ſi ad quadrageſimū prorogetur diem, quadā propria differentia collocentur necnon ſi ab his ad ſeptimū menſem extendūtur alia differentia, quomodo ſi annui ſint, rurſus alia cōprehenduntur, & ad hec ſi habeant non menſium ſed annorū numerationē. Quod igitur aſſidue monui talia pretermittenda ſunt, exiſtimandumq; ſatis eſſe preſentire quonam tēpore conualiturus eger eſt. Itaq; cōſtat, vt Hip. in nullo morbi genere quā ſolet nominare ſuppurationem, interdum vigeſimū ſtatuat terminū eruptionis interdum trigeſimū, aut quadrageſimū, aut ſexageſimum. Quocirca permittens deferre appellationes, ii quocirca talia peritiores exiſtāt ipſe ſtude preſentire in quē de relatis terminū morbi impetus perrepturus ſit. Id competies duobus velut inſtrumentis, experimento ac ratione. Experimento quidem vnā & item alterā docente ſuppurationē eruptam alterutrā proprio ſeorſum tēporis ſpatio. Ratione vero indicante materie ſuppurationis ſubſtantiam, item cauſam efficientem eius, & eas que cum illis cooperantur. Simul enim aliquis vidit primam ſuppurationem quadrageſimo erumpi die, quam talis cōmiſit humor. Verbi gratia. Modice frigidus ac tempore ſimiliter modice frigido, & etate, & regione, & natura totius morbi, atq; etiā affecte partis, rurſus ſimul vidit alterā erumpi ſexageſimo die omnibus prelatis frigidioribus, tum aūt vigeſimo calidioribus ex his orſus poteris alias ſcrutari ſuppurationes intētionib⁹ vtens empirice perſpectis, conferens cum illis ea que nunc accidunt per caliditatem & frigiditatem

ipſorum humorũ euariantium, & item alterantis eos cauſe efficientis, que inquam calor natiuus eſt, & quecunq; alia huic cooperantur ex terra, tempore, conditione. Porro cauſe ipſius efficientis magnitudinem ab etate coniiciens, & item propria ipſius natura atq; etiam parte in qua accidit fieri ſuppurationem & aliis inditiis, quecunq; robur atq; imbecillitatem indicant in arteria ac venis facultatis, qui enim nihil ex his agnouit, ſed expectat ex obſeruatione cunctas diſcere ſuppurationes mille tempus annorum ad eam rem nequaquam ſufficeret, quemadmodum rurſus qui natiuum ſcrutetur calorem quam vehemens ſit, cumq; eo confert concoquende naturam materie, viam habet inueniende eius rei quam veſtigat. Hic vnus poteſt ex iis que nouit, ea etiam que non nouit artificii ratione perueſtigare. Hic vnus dicet, vt circa vigeſimũ diem talis ſuppuraturus circa trigeſimum talis & in aliis ſimiliter, nihil inſuper neceſſe habens addere vtrum oporteat nominari acutum, an longum, an acutum, ex conuerſione morbum. Hec igitur interſtinguere officium eſt non medicorum mediusfidius miniſteriis artis ſtudentium, ſed ſophiſtarum ſermonibus vacantium, & ob eam rem de his queſtionibus in excelſo inſidentes ſolio ſcite admodum pleriq; ſermonibus perhauriunt auditores. Quid vero ſit egris euenturum, magis latuit eos quam maris congios. Alii ecõtrario idonei ſunt ad cognoſcendum morbos, ac preſentiendum futura, ſed nihil habent quo logicas diluant queſtiones, & ob hanc cauſam, alii exiſtimantur medici ab omnibus, alii ſophiſte ac medici loquentes, eos enim ita appellant, & ſi quos viderint librũ aliquem legentes & ratione vtentes, tales medici loquentes eſſe exiſtant.

GLOSA.

Gal. in expoſitione huius textus. cũ duo verba faceret, de Hip. intẽtione, poſponẽs illud totũ vt noctũ, tranſtulit ſe ad aliã conſideratiõnẽ, quam forſam credidit eſſe in Hip. aĩo, aut ꝙ nulla, huic materie adeo neceſſaria ſit, pro doctrina inquã de criſi, ad de diebus decretoriis. quorũ preterit cõſideratio. eſt igitur ſua mens ad criſis firmitudinẽ, predictionisq; perpetuitatem, nihil magis cõducere, quã diei cognitionẽ & tempus, quo criſis futura ſit. nam licet fundamentũ bone aut male terminationis ſit ipſa coctio, ex ſola dilatatione termini ſub eadem ſpecie morbi, eueniet alterum eſſe ſalubrẽ, alterum mortalem. quod ipſe. 3. de criſi in ea ſententia ſepe cõmendata, ſic habet. Iam ergo poſſibile eſt, vt videamus duos egros, in diſpoſitione vna ſecundũ omnes modos, & ſaluetur vnus eorũ & moriatur alter, propter hore ſtatus vicinitatem, & elongationem. via autẽ que ad hoc ducit. vna eſt, ſcilicet ſtatus egritudinis cognitio. Ob quod Hip. in. 1. apho. valde monuit ſtatum egritudinis contemplari, & an virtus illuc peruenire. ſufficiat, aut prius deficiat. Nam cũ ſepe dictum eſt, criſim fieri cum perturbatione, & luctamine. conſentaneum eſt accidere eo tempore, quo

morbus

morbus verior eſt. ergo cõtemplata diſtantia, facta collatione morbi ad virtutem, vti ponderis ad portatorem, videbitur, ſi ſufficiat virtus, nene. qualiter autẽ ſtatus hora cognoſcatur, in eo apho. paroxiſmos & conſiſtentias. ac. 1. de criſi, ſat lucidum eſt quod totum ſic conſideratum, multo maioris eſt frugis, quam nugas ſophiſtarum inſerere, qui conſumunt totum tempus, an morbus qui. xx. contingit diem, acutus ſit, nene. hec igitur ſunt in ſumma, que Gal. in cõto. proponit. ¶ Sed quia Hip. mens iuſta incepta, proſequitur vtiliſſimam ſentẽtiam, bonũ eſt immorari tantiſper, circa literam, & videre, quid eſt hoc, quod ſub ſpecie comparationis introduxit. in verbo, pari modo &c. Notandum primo, ꝙ vt dictum fuit ab ipſo Gal. 1. cõt. huius tertii. & .1. dierum decretorium, ꝙ raro fieri poteſt mentio, aut conſideratio, de iudicatione, ſine mixtura dierum decretoriũ. nam in ſimili. non ſumus contenti in enarranda aliqua victoria, niſi ipſius diem locum ac alias circunſtãtias addamus. ac vice verſa. nunquam aliquem diem deteſtamur. accerbum, vt aliquem laborem eo die nobis accidiſſe, non referãmus. atq; ita vnum. reſtabat omiſſum ab Hip. ſiue id pro diebus creticis, aut pro ipſa criũ faciat, ſcilicet, vnde eſt principium morbi computandum. Siue illud faciat pro tota morbi conſiſtentia, aut duntaxat ad numerum quaternionum, ad quos attendere conſuluit. Sed cum ſupra iam dixerit, primo quaternario finiri morbum. bene expreſſe intelligitur immediato a principio morbi, iuſta ipſius pondus ſupra depictum. ſed vnde iniciandus erat ille quaternio, non multum facile quia. 1. dierũ decretorium. ſatis dubitatum eſt, que ſit prima hora egritudinis. Nam nec aſſentitur poſitioni, que habet, eſſe primam accubitus horam, nec confractionis, propter robuſtos, qui talia contemnunt. ob quod eo loco. cum criſis attineat magis acutis morbis cũ febre, ipſam primã horam febris poſuit Gal. initiũ morbi. quod ſaltim non latebit aliquem, hora perfecta. & parum poſt ſi ſentiatur, non falſificabit dierum decretorium computum. ſi igitur a tali hora prima febris, procedat computatio dierũ criſis in omnibus morbis, an aliquis ſit huius legis expers, in preſentiarum determinat Hippo. pro quo notãdum eſt. ꝙ cum parturientibus ſuccedant poſt partum, periodi ac iudicationes, iuſta id Aui. 21. tert. tract. 1. cap. 3. in ſerie. & diebus quidem partus ſunt motus & periodi. nec intelligas preciſe partum pro ea hora, ſed vt de ipſo ſentit auero. colliget. 4. ſimul cum illa hora, totũ mundificationis tempus. & ſic cõmuniter dicitur, partũ maſculi durare per. xl. dies feminarũ. lx. igitur vt ſcias qualiter parturiẽtibus ſuccedet de ſalute aut morte, in morbis quos incurrere poſſunt enixe, contemplare quartanarias circuitiones, vt dictum eſt, nam ſic intelliges, quo vertatur morbus. ſi autem queris ab Hip. vnde eſt incohandum pro computo talium quaternionũ, dicit quod a principio morbi. & ſi vlterius queris quod eſt principiũ morbi. Reſpõdet, ꝙ partus hora.

hora.ꝗ ſi vlterius inſtigares.cum partus preſertim in iuuenibus elucet per notabile ſpacium. ſuis doloribus & anxietatibus. vnde computandum eſt. Reſpondeo cum Aui. loco dicto. quod a principio ſcilicet cõmoctionis & doloris. quod eſt ſatis rationabile. Nam licet principium morbi non dicatur, niſi reſpectu cauſe coniuncte. Duo tamen ſunt ſcilicet vulnera, & partus. que ſe habent vt cauſa antecedens febris. ad quam referendi ſunt dies decretorii. ad quod poſſet eſſe fundamentum. quia ille cauſe ſunt actualiter ledentes, ob quod rationem coniunctarum ſortiri poterunt. quod ſi ſic eſt, cum febris que partum inſequitur, fundatur in illis torſionibus, & anxietatibus, ergo principium, eſt aduentus commoctionis & doloris. Et tunc conuenit exponere verba Hippo. in textu. quouis die peperint, id eſt, incipiant parere, nam illud totum partus dicitur. Recolligendo ergo ea que dicta ſunt, dicamus, ꝗ Hip. mentionem fecit in preſentiarum parturientium, eo ꝗ dies decretorii ſuccedunt ipſis, vt perſuadebat Aui. litera. quia nõ licentiat euacuare in talibus, niſi. xx. aut. xxiiii. die elapſo, quibus ſolet criſis eis accidere. & ſic partus maſculorum eſt quodammodo acutus morbus reſpectu feminarum, qui chronica egrotatio dici poteſt. Que diſpoſitio parturientium cum non eſſet vere acuta, nec cadens ab illa. nec vere chronica, deſiderabat cap. Speciale. in qua diſpoſitione ducatur medicus, per inſpectionem quaternionum, ſicut in aliis. quod Aui. ſentit immediate poſt verba citata, cum ait. Si pertranſit. xx. dies aut. xxiiii. ſtantem aut recidiuãtem ſignificat tarditatem conſumptionis. & quia latebat, qualis erat primus dies egrotationis in talibus, adiecit, ꝗ primus dies, partus. quod qualiter intelligendum ſit optime diſcuſſimus. Fuit autem neceſſum ſatiſfacere illi rei, de qua Gal. in cõt. ꝗ parturientibus febris ſuperuenit aliquibus in ſecunda die, aut tertia. ne igitur crederemus in talibus principiũ febris eſſe principiũ morbi, ideo cõcludit, a partus hora. & nõ ab incohatiõe febris. Quibus vt aſſẽtiamus melius, id diſcuſſiamus. nã Aui. videtur obuius iſti ſententie in. 2. quar. cap. 1. tracta. 2. in verbo. & ſi peperit mulier, deinde acciderit febris, tunc ſi non cõputetur ex febre, ſed ex partu, illud eſt error. Hic eſt duplex, ſoluendi modus, primus cui magis hereo. ꝗ litera iſta eſt corrupta. ad quod iuuor noua caſtigatione, que habet, fiat cõputatio a partu, & non a febre, alias eſſet error. & ponit illius cauſam. & ſi barbaro modo. in litera. & dixerunt quidam ꝗ plurimum accidit poſt ſecundum & tertium. quaſi dicat fundamentũ pro alia parte erat, vidiſſe quibuſdam parturientium febrem ſuccedere poſt ſecundum & poſt tertiũ. Ergo qualiter a partu qui antecedit, & non a febre: ſed illi non conſiderarunt, & ideo errauerunt. ꝗ febris illa habebat fundamentum & originem ab ipſo partu. qui partus aliqua egritudo eſt, maior aut minor, ſecundum maiorẽ moram aut minorem. & cõmoctionem agitatiuam. alter

modus eſt legere literam, vt iacet. & tunc dicas. aliquem eſſe partum natu raliſſimum abſq; accidentibus, qui cõmuniter eſt liber a febre, poteſt tamen, ei ſuccedere, malo regimine ipſius enixe. & tunc talis febris eſt res ſeiuncta a partu, cuius principium eſt prima febris hora. Si vero partus difficilis ſit, & vehementi ipſius agitatione, humores diſpoſiti ſunt ad putredinem, vt febris ſuccedat, totũ illud eſt partus, & febris ipſius eſt pars. vnde principium eſt a partu. & inde fundanda & quaternionũ conſideratio. quã ſolutionẽ ſumme ſi vis, iuſta aliquot circunſtantias, de quibus concili. diff. 106. quã de hoc fecit. ꝙ ſi ita preciſam expoſitionẽ volueris ad Hip. vt eſt ea Gal. dicas ſatiſfacere queſtioni immediate agitate. vnde criſis cõputãda eſt. ſi a partu ſi a febre. & tunc habes ſolutionem dictam. quare &c.

De affectibus qui in capite, & ore, & faucibus affligant. Cap. v.

Capitis dolor vehemens ⁊ continuus cum febre: ſi quod ex inditijs extiterit exitioſis: letalis admodum eſt. Si vero ſine talibus inditijs fatigans dolor vigeſimum tranſeat diem: ⁊ febris detineat: expectari oportet ſanguinis e naribus eruptionem: aut alium abſceſſum ad inferas ſedes. Sed quoad dolor fuerit recens: expectari oportet ſanguinis eruptionem e naribus: aut ſuppurationem: ſi dolor alioquin circa tunpora ac frontem affligat. GAL.

Incondite loquitur rem que ad predicendum maxime conducit, ſed recto ordine texitur hunc in modum. Capitis dolor vehemens & continus cum febre, ſi quod ex inditiis extiterit exitioſis integre letalis eſt. Si vero ex iisque didiciſti de egro tanquam conualituro ſperes, a principio quidem ad ſeptimum diem ſanguinis e naribus fluorem expectato, procedente vero tempore id etiam eueniet, pus vero erumpet e naribus, aut auribus in ſalutem egri. Si vero ad vigeſimum extendatur diem doloris accidens in capite, tunc etiam ſanguinis fluorem expectabis maiorem, magis vero ſuppurationẽ, magis vero abſceſſum ad inferas ſedes expectato. Sed per illud tẽpus quo ſanguinis fluorẽ expectabis, augebit tibi expectationem, ſi in timporibus ac fronte dolor vehemens infeſtet. GLOSA.

Incipiunt predictiones merito morborum ipſorumq; ſimpthomatum, & incohat a vehementi capitis dolore. in cuius textus expoſitione, Gal. dirigit Hip. dicta ad bonum ordinem, ſub aliquibus dictis. Primum eſt. dolor capitis vehemens continuus cum febre. cum ſignis malis in apice malitie, ſignificat mortem. ꝙ ſi reliqua ſigna ſic non ſint verenda. non deerit ſalutis ſpes, vno modorum. 4. aut per fluxum ſanguinis e naribus, quod principaliter intelligitur vſq; ad diem ſeptimum. aut poſt diem illum, etiã per dictum ſanguinis fluorem. aut frequentius per puris expurgationem, e naribus & auribus. ꝙ ſi morbus in prolixus differatur ſpacium, expectandus eſt abſceſſus, in membris inferioribus. Signa autem que ſanguinis fluo-

rem

rem fidelius promittunt, ſunt infeſtare dolorem circa timpora, & frontem hec eſt igitur Gal.mens in hoc cõmento quam ſententiã hinc accepit Aui. in.2.quar.cap.29.tracta.1.explicans frequentiorẽ iudicationem eſſe vſq; ad.7.per ſanguinis fluxum e naribus. poſt.7.aliqualiter per ſaniei exitum. poſt.xx.raro per ſanguinis fluxum. & frequentius per ſaniem, inde vero per exituram inferius. Si autem queras ab Aui.quando incipit talis dolor, dicit ꝙ a principio morbi.quod in verbo textus noſtri(continuus) intelligitur.& ſi aliter.poſſet gloſari. ꝙ ſi ille dolor vehemẽtior fiat in tertio aut quarto, ſoluitur morbus in ſeptimo. ꝙ ſi in quinto impetuoſior fiat, in.vii. aut.xi.expectanda eſt criſis.nam quinta dies etiã indicat.vii.diẽ, & in morbis mitioribus.xi.alibi videndũ.quipiam voluere poſſe iudicari in.x.die. que poſſet eſſe.vii.a fortificatione q̃ facta eſt in.3.die. Iam iſte modus conſentitur.in.3.de criſi morbis reuertentibus. Sed in hoc propoſito nõ placet Aui.quia iudicatio in talibus amat fieri in imparibus ob motum materie. & non ꝙ.x.ſit.vii.a tertia die ſentit etiã non inconuenire in mitioribus differri ad.xiiii.diem. Dicit tandem, ꝙ plurimũ quod accidit de hoc capitis dolore, eſt in tertiana.que verba ſi ad iudicationẽ diei.xiiii.referas.id eſt ꝙ licet tertiana in.xiii.die finiat̃ ſecundum veritatẽ. ſecundum tñ ſenſum finitur in.xiiii.quia ſeptẽ periodi preſuponũt.vii.dies quietis.ſed melius eſt intelligere, talẽ capitis dolorem coniunctiſſimũ eſſe tertiane, propter leuitatem colere, calorẽ, & accredinẽ, que oĩa ſe iuuant in ſuo aſcenſu ac in pungendo cerebri miringas. Circa quorũ authorum ſententiã, opus eſt immorari aliquantulũ. primo querendo ſi talis dolor eſt cũ apoſtemate, aut abſq; eo. ſecũdo que ſunt ſigna mala, ſub quibus eſt mortis certitudo. tertio qualiter per fluxũ ſanguinis hic dolor poteſt terminari. quarto ſi infra.vii.diem etiã pure poſſit ſolui. quinto ſi in omni ſequẽti tpe p ſanguinis fluxũ poſſet ille morbus iudicari. ſexto a quo loco venit illud pus qđ expurgat̃ auribus & naribus. vltimo in qua ſede inferiori ſuccedet ille abſceſſus & ſi in ſuperioribus etiã erit poſſibilis. De primo dicim⁹ poſſe teneri vſq; ad.vii. diẽ non eſſe apoſtemoſum. qđ probo. Hip. intẽdit ex aliis ſignis malis certificare infirmi mortẽ, ſed ſi dolor eſſet apoſtemoſus cũ febre intenſa, per ſe ſolus eſſet letalis, quia aut eſſet freneſis aut flegmon ſubſtãtie cerebri, q̃ ſunt a toto genere mortalia, igitur. Quod ſi libet ſentire eſſe iunctũ apoſtemati non ꝓhibeo. quia Aui.1.ter.tract.2.cap.6.ait.cũ autem in febribus ſoda fit fortior, eius fortitudo eſt ſignũ malum, immo pernicioſum cũ reliqua mala ſigna & cõparia ſunt. & gentilis in gloſa. citat textũ Aui.iam per me citatum in.2.quar. & iſtum preſentẽ Hip. & prebendo cauſam inquit, quia ſignificat cerebri apoſtema. ſub vltimata nequitia. ex quo ſiue merito apoſtematis calidi, ſic certificati, ſiue ratione virtutis diſſolute intenſiſſimo dolore, ſuſpitio eſt de morte. nec volo cauilari, ex dicto Raſii primo cõtinẽtis.

ꝙ fortiſſimus capitis dolor minor eſt mediocri auriũ aut oculorũ, ſic ꝙ raro vſus narcoticorũ neceſſarius ſit talibꝰ doloribus. vt ille Matheus in principio ſue pratice. nam intelligat̃ de frigidis & ſic nõ poſſident cerebri miringas, aut ꝙ ſermo cõparatiuus nõ pugnat, immo experiẽtia videmus, homines grauet̃ torqueri capitis doloribus. ¶ Signa aũt ad que aduertere preciperet Hip. ſunt vigilia perpetua vomitus felleus, aut eruginoſus. nam & ſi a felleo inciperet, eruginoſus cõiter ſuccedit aduſtis humoribꝰ ex vigilia Gal. 6. epidimiarũ, caſus virtutis, & reliqua cõparia iis. que alia ſi oſtendant met morbũ apicem tenere malitie nihil ſupra. ¶ De alio vero puncto. oportet ſentire, cõformiter ad A ui. in locis citatis ac in cap. de ſignis deriuationis materie ad caput. ac. 3. de criſi. in fine. ꝙ dolor iſte abſolutus a tãta pernicie ſignorũ. cõmuniter indicat criſim per ſuperiora. aliquando vomitu, aliquãdo ſanguinis fluxu e naribꝰ ipſis. qui dolor talis fit ex euaporatione & motu ad ſuperiora verſus vias nariũ, exiſtentibus ſic cerebro propinquis. & vſq ad. xx. diẽ id expectari poteſt, & ſi vſq ad. vii. potiſſimũ. vbi multũ de bile miſceri ſanguini ſignificat̃, que ſic perforat mẽbra. & morbo adeo velocem motum tribuit. Videndum. 2. quar. in cap. 5. & 4. apho. in textu quibus aures ſurdeſcunt in febribus. ¶ ꝙ ſi offeras ex A ui. 2. quar. vbi habet. ꝙ morbus capitis non terminatur fluxu ſanguinis narium. Reſpõde de frigido morbo ſecus de calido. & cum febre preſertim circa frontem ſi dolor ſit. nã authores noſtri partiti ſunt capitis regiones. 4. humoribus totidem, ſcilicet ocipitiũ ꝙ frigidius ſit pituite, partẽ ſiniſtram melẽcolie ex directo ad lienẽ qui illius feculentie eſt domiciliũ. dexterã bili propter fel & iecur. Sed proram ſanguini ex venarum copia cordis aſpectu ac pulmonis. ergo ſi prope. vii. non viciatus craſicie, non frigoratus, non ad pus conuerſus, obnoxius manet predicto fluori. ex quo ſi circa eas anteriores partes dolor infeſtet, certius de ſanguinis fluxu expectandũ eſt. ¶ de alio autem puncto non eſt abſonum credere, ante. vii. poſſe ſuppurari, cum libro. 2. ruptura iam viſa eſt in prima circuitiõe. ſed factis illis cõparationibꝰ textus. ante. vii. ad fluorem ſanguinis eſt promptitudo maior quia puris preſentia cum defectum aliquem denotet, ſemper amat ꝓlixius tempus, comparatione ad criſim euacuationis. Sed qualiter prorrogato termino ꝓmittitur ſalus cum pure exeunte e naribus, auribus ve, cum tale ſic exiens, cerebrum eſſe dilaceratũ ſignificet, ſed ipſius ſolutio irreparabilis eſt. 6. apho. in textu. cerebrum inciſum. ſed A ui. 1. ter. cap. 4. tract. 2. cum loqueretur de ſoda ex apoſtematibus capitis, dixit in ſententia. ab hoc multũ doloroſo ſolui contingit, ſi exeat e naribus aut auribus ſanies, ſanguis, aut aqua. conformiter ad ſententiam Hip. dolenti aut circundolenti caput ſanies aqua aut ſanguis ſi exeat ſoluit egritudinẽ & gentilis dicto loco & thadeus in gloſa illius aphoriſmi, credunt vnum, in quo non eſt dubitare, ꝙ membra capitis

intranea cerebro confinia, vt aures & ſimilia, poſſe inflari ac rumpi ac ſalubriter terminari. Quod vero intimius eſt, impoſſibile. niſi ſentiamus. illud pus non exire a partibus veris ſubſtantie cerebri, ſed a quibuſdam glandulis replētibus cauitates neceſſarias. Potiſſimum verſus partes colatorii, que partes haud tante dignitatis ſunt. Item & medularis ſubſtantia, que non eſt ventriculoſa adhuc poteſt eſſe ſoluta non letalis. iuſta ſententiam Gale. in dicto apho. in verbo niſi ad ventres perueniat ſolutio. Creditur ergo tale pus exire a quibuſdam porroſitatibus cōmunibus & rimulis. Nec pugnat dictum Aui.3.quar.cap.xx. de exituris calidis qui ibi cōmendat, eruptionem apoſtematis cerebri ad duos ventriculos, magis ad anteriorem quam ad poſteriorem. Solum enim cōmendat viam expurgationis, quia quod rumpitur verſus anteriorem ventriculum facilioris eſt expulſionis tum palato, tū naribus. ſecus de poſtetiori. Si vero non vindicatur a morbo ſupradictis modis, per abſceſſum ad inferas ſedes contingit liberari. quod potiſſimum contingit, cum diutina magis paſſio fiat. Sed dignum extat conſideratione, cum ſoleat affectus inferioris regionis, ſi calidus ſit, ad ſupernas ſedes deriuari, ſoleatq; apoſtema lithargicum, optime retro aures permutari, ꝙ materia calida in capite exiſtens, nullam ad inferius habens inclinationem, ſintq; cerebro tot loca propinqua ad que congrue poſſet deriuari, ad ſic inferas ſedes tranſmigrari expectetur. Ego in eo anno, quo morbus ille vulgo modorra hoc regno graſſabatur, quendam ſemi mortuum per apoſtema in fundo, vindicari a morbo vidi. Ad rem igitur perueniendo dico, ꝙ materia frigida que cerebro continetur, frequenter retro aures inſarcitur, natura non potente ob humoris renitentiam longius expellere. Sed humor calidus ſi aliis iudicationibus non obtemperat, colligitur in inferioribus ſedibus. que permutatio eſt poſſibilis humore ſui ſubtilitate virtuti propellenti non obuio, eſtq; talis permutatio acceptata ſatis ab Aui.in.2.quar.ꝙ ad ignobiles ſedes, & diſtantes a nobilibus mēbris. id per Gal.6.epidimi.cōmētario.1. ſuper textu ſi infra vmbilicum quidē ſuperiora conſiſterint in inferioribus articulis bonū eſt. Ex quo textu Hip. ſi cōſpicis, habes fundamentū, qualis eſt regio illa inferior ad quā permutari, cōſentit noſter textus. nec de tam diſtanti permutatione nec de inſolutis viis quibus fit talis tranſitus, eſt multum mirandum vt arguamus impoſſibilitatē. dicente ipſo Aui.4.pri.in cap.3. ſicut cum a capite ad anum aut ad crus aut ad pedē euacuat, nō enim ꝓ certo ſcitur ſi ex toto cerebro aut ex vno ventriculo. quanto igitur morbus prorrogatꝰ, inditium eſt virtutem magis deficere, craſſioremq; hnmorem eſſe. ob que propenſior erit, cum diſtat a principio, permutationi quam vacuationi, & potiſſimum ad inferas ſedes. eſtq; media iudicatio, cum in eadem parte affecta, ipſo pure terminatur, vt ex textu colligitur. quare &c.

¶ Magis expectari ſanguinis oportet eruptionem in minoribus natu quintum & trigeſimum annum agentibus: in maioribus vero natu ſuppurationem. 12

GAL.

Finitio ducta ab etate eſt, quo magis expectes ſanguinis e narib9 fluorem. Cauſa vero perſpicua eſt, ac ſepenumero prodita, vt etas ad quintum & trigeſimũ annum plurimũ gignat ſanguinis, accedit ad hoc vt per hunc etatẽ calidior ac bilioſior habeatur. At vt antea definitum iam eſt, id quoq; ad ſanguinis fluorẽ a natura factũ idoneum eſt. GLOSA.

Cum prefactum dolorem bifariam iudicari propoſuit, fluxu ſanguinis e naribus ac abſceſſu, cui etati ſingula earum iudicationũ magis congruat, in preſenti textu declarat. diuiſitq; totam hominis etatem ad duas partes principales defectus ſcilicet, & perfectus. Vnde cõmuniter ex hoc textu colligitur hominis vitam eſſe.70.annos. Iuſta dictum pſalmiſte. Tantum enim decreſcit homo, quantum perficiebatur. vnde etas virilis aut pulchritudinis ſeu conſiſtentie ad dictum.35.annum terminať. fluxus ergo ſanguinis citra annũ.35.magis expectãdus eſt, ſemper puerorũ etate minus prona ad illud vt ſupra põderauimus & habet Gal.6.epidimi.cõmentario.1.ſuper textu. Soluere autẽ & ſanguis emanans. plus autem grandioribus id incidit. Gale. ait in infantibus autem de quibus ſermonem habet, ab initio nec ſanguis apparet, preter quã raro. Nota deinde, qꝫ i verbo. (magis expectari.) denotat etiã in tali, abſceſſum poſſe fieri. & in ſequẽti, ſanguinis eruptionem. Nam aliquot ſenes corpulentiores ſunt, aliquibus adoleſcentibus. vide quid dicat Gal. de flob. tracta. proprio in optagenariis ſi corpulenti ſint. non me intromitto in preſentiarum, de ſententia Gal.6.de morbo & ſimpthomate. qua etate actus naturales ſint valentiores, nam & ſi in pueris id eſſe colligatur. ſupra vidiſtis eam molẽ ſanguinis & ſi collatione ſuorum corporum ſatis acreſcat, pigri motus eſſe, ad rumpendum venas, cõmertio pituite ex ingluuie, abſentiaq; bilis ipſius. qui humor ſui acrimonia recludit vaſcula Gal.6.ipidimiarũ. cõmento.3. ſuper textu ſanguinis de naribus profuſio. Secus in etate grandiori, ex quo ob ſanguinis feruorem ea etas pthiſicis propenſa eſt.6.apho. ruptis venis. & ſi inordinati motus illius etatis, non ſit parua cauſa. Cum autem ſuppuratio, defectum nature aliquẽ oſtendat.3.quar.cap.xx. & ſi boni ſit finis. Iuſta ſentẽtiam Hip. in.6.epidimiarum cõmentario.2. in textu omne ſuppurans non reuertitur. Ipſa met enim concoctio, & iudicatio, ſimul & abſceſſus. que pulchra ſententia non parum faceret, pro dicto illorum in queſtione ſupra agitata, an reſolutio eſſet felicior iudicatio, ſuppuratione (qui tenebãt ſuppurationẽ, totius vtilitati magis prodeſſe.) ergo cum poſt eam etatem virtus imbecilior reddatur, incipit enim calor minui poſt illam etatem, dicebat Aui.1. pri. promptius alia ſuccedet iudicatio, que per ſuppurationẽ fit. Sed cum in pre-

in precedenti textu de fluxu ſanguinis ſit facta mentio, ſimulq; de ſuppuratione in capite, ac abſceſſu ad inferas ſedes, ſi oportet. in preſenti textu, in quo precedentẽ ſententiam diffinit ex parte etatis, per ſuppurationem hic poſitam. acõmodam etati ꝓcedenti, etiam abſceſſum intelligere, crederem ſic. ꝙ quia ita oportet in ſatiſfaciendo priori ſententie, item & ad antiquã literã non aduertatur, que abſolute de apoſtemate mentionem facit, quod de vtroq; poteſt intelligi. atq; iuuat eam reſponſionem, non explicare tempus aptius, ad abſceſſum in inferioribus ſedibus. Ergo ſiue ita ſit, aut non, cum omnis iudicatio permutationis defectum aliquem ìududat, talem eſſe accõmodam precedenti etati ſentiamus. quare &c.

**¶ Aurium dolor acutus cum febre continua ac vehementi difficilis eſt. Periculum enim delirij abolitioniſq; imminet. Quia igitur fallax hic locus eſt: cito etiã animaduertere oĩa alia inditia a primo die neceſſe eſt.**

GAL. Nuuquam vehemens dolor in his euidentibus auriculis infeſtat, neq; ſi infeſtet periculum committabitur, propter ea quod neq; pars ipſa precipua eſt, neq; parti precipue continuetur, ſed conſueuerunt nominare dolorem aurium, quotiens in profundo ex auditorio meatu doloris ſenſus affligat, tantiſper enim ipſe afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. Itaq; merito multi interimuntur per dolores auriũ vehementes in conſenſum perducto cerebro. Quocirca nonnuli egri delirant, necnon aliqui de repente moriuntur quem in modum attoniti, quotiens in cerebrum decumbat vniuerſim aurium dolorem committens fluctio.

GLOSA.

Incipiens Hip. in hoc tertio libro de iuditiis habendis ex morbis ipſis, ab infeſtiſſimo capitis dolore, trãſit ad aurium paſſionẽ, que & capitis dici poſſit. potiſſime cum & ſuppuratio eum capitis dolorem iudicabat, ſi ex auribus emanaſſe videretur. Qualiter autem priuata paſſio poteſt ipſis auribus ineſſe, in preſentiarum adiecit. Que eſt dolor intenſiſſimus auris cum febre continua, & vehementi, quod non cuiuſcunq; metus eſt portitor, ſed delirii aut mortis. nec hoc reputetur pro longinquo a ratione, quia hoc membrum falax eſt. ideo magis occulte minatur ruinam, quam publica ipſius compago protendat. & ideo ad talis pronoſtici certitudinẽ, preſtabit inditia omnia alia a.1.die, animaduertere quod totũ in proceſſu explicabitur magis. Notandum ergo primo ꝙ cũ auris dicatur de parte cartilaginoſa exteriori. & de anfractuoſo illo laberinthio occulto. Opus eſt in preſenti hanc affectionẽ intimam eſſe, cõſentire. nam exterior pars ignobilis eſt nec adeo pernecantia ſimpthomata cauſaret. Verum extat, quod ipſe Gale. terio libro meimir in principio docuit, per quam blande hanc partem exteriorem pertractare, vt nullo pacto compreſſione aliqua, dolor ipſe intendatur. Et nota. ꝙ quando bene perpendo de verbis Gale. in

hoc paſſu, videtur mihi. ipſum, poſſe excuſare quendam laborem, quem habuit. in ſexto epidimiarum. in cõmentario. 5. ad textum Hippo. qui ſic habet. Si in auris doleat, lanam digito circundatam vnguine madefacito, deinde mittens interius in volam lanã auri ſubiicito &c. Sentit ergo Gal. ibi, iniecto oleo aut ſimili in aure dolenti, quod ponat medicus lanam in vola manus, & in ea recipiat eum licorem, quem auri interius iniecit. Ego autem cum id ſit legitime excuſabile, per volam intelligo planiciẽ & marginem auris exteriorem, quod ſpacium volam vocauit, tranſumptiue ad partem domeſticam manus. In ea enim planicie interiori iubet Hippo. & id pronunciauit Gal. in. 3. meimir. apponere lanam ſat mollem, ad imbibendum licorem & fomentandum partem auris. Verbum autem illud in calce textus Hippo. deinde ſuper ignem imponito dolo. fateor a nemine interpretantium ante Gal. nec ab ipſo recte exponi. Si ego callerem literas grecas poſſem eſſe forſam iudex. ego ſenſum ex ſenſu eliciens. dicerem quod met vas habẽs oleum, aut licorem poneretur igni, vt poſſet ille ſuauis vapor ſi ſtricti orificii ſit, ad aurem introire, & dolorem mitigare. & id practicum eſt, & apud vulgum res notiſſima. Quod vnde vulgus ſumeret, neſcio niſi ab hoc loco. ad locum igitur reuertendo, vnde ſermonem incepimus, dicimus. partem exteriorem eſſe etiam ſat ſenſitiuam, & oportere ſuauiter eam tractare, nec ex vicina, pariat ingentes dolores. & huic attende mente, tanquã maxime precepto cure auriũ. hec Gal. Ergo locus affectus, eſt interior pars auris adeo cerebro finitima, potiſſime poſteriori. que cum ſit vacua magis, eſt auri interius magis accõmoda, cum coliſioni aeris cauſantis ſonitum, neceſſaria ſit cauernoſitas aliqua. Qualiter autem pars poſterior cerebri ſit vacua apud Aris. & qualiter id ſit intelligendũ, aliquando dicemus. Ergo non poterit eſſe acutiſſimus dolor continuus, cum ingenti febre in tali loco, niſi apoſtematis calidi preſentia. Quod quãti periculi ſit, per te licet cõtemplari. Neruus enim auditus interius veſtiens organum, a. 5. pari deriuatur, per exiguam diſtantiam a cerebro, & non valde ſtipatus carnea ſubſtantia, aut alia re que ipſum muniat. Si offeras, Gale. 3. meimir de vlceribus aurium. precepiſſe vti medicamentis fortiſſimis. Statimq;, licet preter rationem videatur, aurem ſufferre accerrima farmaca. Dico quod ſi non eſt cum dolore, talia toleerat, & ſunt neceſſaria membro ſicco exicando, vt tertio terap. preſentitum eſt, membrum namq; hoc cum ſolide ſit ſubſtantie, ſi non eſt affectum dolore. vt Gale. docuit, bene tolerat illa fortiter exicantia medicamenta. Sed cum dolet, valde tali dolore torquetur homo, vt tanto acumine cõtingat mori, ob quod in talibus paſſionibus ad ſtupentia farmaca. facile tranſit Gal. loco allegato. Semper tamen tepida apponantur, quo differt ab oculis. quia frigidum inimicũ neruis, & tale membrum natiue.

 eſt fri-

eſt frigidum multum, vt in 1. huius preſentitum eſt. Si igitur acumine do
loris non extermınetur, ſaltim delirium neceſſum eſt pacti, ex tanta affi-
nitate ad cerebrum. Magna intemperie facta in ſpiritu animali, qui eſt
inſtrumentum occultarum virtutum. Quam ſententiam Aui. ſingulari-
ter poſuit in fen. 4. tert. cap. 6. ſic habet, & peruerſior dolorum auris eſt ille,
qui eſt ex apoſtemate calido profundo inflammatiuo, & illud eſt cū febre
inſeparabili. & proprie cum perducit ad permixtionem intellectus. quaſi
deliriū quod explicat Hip. in preſenti ꝑ altero ſignificatorū, ponat Aui.
pro inditio iſtius paſſionis, cū vehemens eſt. dicit ſtatim ipſe, conformiter
ad Gal. in preſenti cōt. ꝙ aliquando interficit in eodem die. ſicut apople-
xia. & ſi in hac, ob exceſſiuam plenitudinem, illic vero ob intollerabilē do-
lorē, quo natura tantū debilitatur, vt pluries dictū eſt. Qualiter aūt ſi ſor
des que ex auribus exit, dulcis appareat, id letale ſit, ſignificās corruptionē
cerebri, cōformiter ad Hip. 6. epidi. cōtario. 5. in textu hominibꝰ ſorde &c.
Hic colligas, pro alio loco. ſigna ergo ad que oportet attēdere, ſunt ad tole
rantiam morbi, ad ſomnum, ad rationem, ad virtutem. nam ſi hec faueant,
nō erit ſemper letalis ille dolor, oppoſitū ſi talia inditia aduerſentur. quod
totum in ſequentibus magis enucleabitur. quare &c.

**¶ Natu minores ſeptimo die: aut citius ab hoc morbo interimuntur.** 14
**Natu vero maiores multo tardius. Febris enim ac delirium minus in**
**eis infeſtant: & aures in eis antea ſuppurantur. Sed per has etates re-**
**cidiue euenientes morborum plurimos interimunt: minores vero natu**
**prius quam ſuppurentur aures: interimuntur. Si enim ex auribus pus**
**effluat candidum expectari poteſt natu minorem conualiturum: ſi quod**
**alium bonum in eo inditium extitit. GAL.**

In minoribus natu febris, & item delirium potius accidunt ob calidum
ac biliosum temperamentum. Itaq; merito interimuntur antequam aures
ſuppurentur. Maiores natu quantum in hec agitur, minus periclitantur,
ſed recidiue eueniunt affectionum, quia nō integre concoquitur dolorem
committens humor ob temperamenti frigiditatem. Ceterum reſiduum
dictionis ſatis perſpicuum eſt. GLOSA.

Qualis ſit iudicatio talis affectus in auribus exiſtentis, & quam varius
terminus, etatis variatione, enucleat author in preſenti. De qua etatis colla
tione cum nihil diſcretū dicat, conſentaneū eſt, conformari ipſius ſententie,
vt per minores natu ipſos ante conſiſtentiam intelligamus, per maiores
vero, omnes talia patientes grandioris etatis. Sic Auice. in hoc propoſi-
to. 4. tert. de ſenibus & adoleſcentibus mentionem fecit. Textus igitur
iſte videtur continere plures concluſiones, quas ſigillatim percurrere, haud
eſt indecens. Prima eſt, natu minores ex tali affectu doloroſo continuo
& intenſo, ſimul cum tali febre, in ſeptem diebus aut prius extingui, na-
tu vero maiores tardius. Eſt igitur notandum quod licet. tertio de criſi,

& de morbis vulgaribus ſcribat ſepe, virtutis robur abreuiat ſalubres morbos, mortaleſq; prorrogat. Caſus iſti⁹ textus excipit a tali cōſideratione. quia hic non eſt ſucceſſiua actio nature in morbum aut econtra, ſed quipiam raptus violentus. ad cuius ſimilitudinem etiam ex morbo attonito robuſtiores citius pereunt. 1. tert. cap. proprio. Cum igitur acumine doloris mors in talibus ſuccedat, qui armoniacam temperaturam pre ceteris rebus exterminat, libello de cura lapidis. & .2. pri. promptius talē mortem incurrere minores natu, id, eſt, quod concluſio intendit textus, nondum tamen cauſa eſt aſſignata. Nec parum dubia eſt talis ratio, nam ex Aris. 2. de partib⁹ aīalium cap. 2. calidior ſanguis ad robur eſt aptior. (Nec me intromitto an ſi robur poſſit eſſe cum copia ſanguis, & vbi robur eſt, ſit & ſanguinis copia. nam de illo. Gal. libello de multitudine cōtra antiquos ſatiſfecit.) Sed frigidior ſanguis ad ſenſum preſtantior eſt, argumēto nobis ſunt apes & formice, quorū animātiū, prudentiā imitari nos, ſuadent ſapiētes. Animantia autem illa & ſi viua calida dicas, collatione ipſorū mortuorū, ſatis frigida ſunt. Primo de temperamentis totū videndū. quicquid ſit de ſubtilitate gen. 1. pri. de declinatione omniū mixtorū ab eqnali ponderis, per calidū. Totū enim illud euenit genti. quia aliter equale ad pondus cōſiderat. q̄ Gal. Non. n. eſt in medio toti⁹ ſubſtātie apud ipſum. ſed ī quibuſdā minimis mēſuris rerū, vltra quas, ſi mixtū ſit, neceſſum eſt inuenire maiorem menſurā caloris, illa ſcintilla, q̄ pars illius quadrige erat, que preſtabat mediū ſimpliciter indiuiſibile. qđ paucis fuit noctū, etiā ſtudioſis gentilis. ſed de his hactenus. Ad propoſitum igitur redeundo. cum in iuuenibus ſanguis ſit ingenter feruidus, in ſenibus temperatior, non video vnde magis non turbetur ſenſus in iuuenibus. Nam preliantes ob furiam donec tepeſcant, non ſentiunt vulnera, qđ non eſſet leue argumentū pro negantibus ſtupefactiuum dari vi caloris quale piretrū putant qđ in veritate calidū eſt ex Gal. Vbi ergo ſenſus hebes, minus diſſolui dolore compar eſt. dicere autē hoc, pugnat textui preſenti. Reſpōdendū eſt vt ſumit de mente Hip. 6. epidi. verſus finē & Gal. in cōt. & multis locis. eſſentiā noſtrarū virtutum conſiſtere in proprietate tēperature, que ſucceſſu etatum diſſoluitur, & infirmatur. cuius inditium eſt, q; ipſa ſenectus ſit incohata mors. Cum igitur in minoribus natu, illa proprietas temperature vigeat in membris, & ſpiritibus genitis in eis, non ab re viuatior erit in eis ſenſus. dum modo adeo non exuperet qualitas, vt deſtruat actum proprie virtutis. 1. tert. 6. epidimiarum. 2. apho. cōmento illius. quibuſcunq; iuueni. & .3. apho. cōto. illius omnibus temporibus. In maioribus vero natu, vltra lapſum temperature, nerui qui ſunt tota res in ſentiendo, & partes cutis, terreſtiores fiunt. Conſtat autem quod id obtundit ſenſum, qui preſuppoſita paſſione ſit. Molles enim carnes habētes aptos mēte dicimus. inde remis incunbētes, aranteſq;,

truncatum

truncatum ſenſum habent in illis organis. 2. collig. ex auero. inde ſenſus plantarum pedis, ſtupor eſt. 1. ter. ſitq; iam illa terreſtreitate, in neruis, vir tuti irradianti obſtaculum, ad inſtar nebule, que ſoli obiicitur. Spiritusq; ipſi, iam craſſi quodammodo & minoris lucis & puritatis, que omnia ſi cōcipias, merito cenſebis ipſos grādioris etatis, a dolore magis tutos, quā ipſi ſint adoleſcentes, & ipſis finitimi, ex contrariis cauſis. Ob quod in pri ma concluſione. ad primam. 7. aut citra eam extingui, palam eſt acumine doloris. quia ſic peſtilentem inimicum, diu tollerare, nec adamantinū cor pus ſufferret. cōmento illius in. 5. apho. quicunq; a thethano capiuntur. Si vero talibus reſiſtat, robore etatis. delirium non effugient, ſpiritu cerebri valde permutato. maiores autem natu, quia non ita doloris acumine diſ- ſoluuntur, ſi ſuccumbant, adhuc prolixiori tempore iudicantur, non meri to virtutis reſiſtentis, quia ſic iuuenes diutius permanerent, ſed ob particu le viuacem ſenſum, ad cerebrumq; dita nobilem ſedem, vicinitatē, priuſ- quam reſolutione aut pure ſalus ſuccedat, in tollerabili dolore arripiūtur. in tantum ꝙ de talibus apoſtematibus tenet Arnaldus in libello cōſidera tionis circa partem operatiuam. ꝙ poſſunt prohiberi, & ſunt licita reper- cuſſiua, & ſi cretice fiant, quia ſi ad ſtatū perueniunt, in iuuenib⁹ abſq; ſpe medicanť. Quas etates pertractans Alexandrinus. 5. epidimi. nunc in. 6. epidi. cōmētario. 5. p Gal. ſuper textu Hip. (morbi & nutriti.) ait memo rari oportet eorū que in prognoſticis dixit. ꝙ iuuenes magis patiunť be- ne ſenſiles exiſtentes, ſenes vero ex frigiditate tanquam congelationē ha- bētes, nō ſunt pene ſenſibiles. ¶ Alia cōcluſio eſt, ꝙ apoſtema iſtud ſoluitur per ſuppurationē, principaliter in ſenib⁹, cuius ratio eſt, quia licet merito humoris reſolutio ſit magis cōfigurata, quia cōiter bilioſus eſt humor. me rito tamē etatis ſuppuratio eſt magis acōmoda. non inquā ex alio niſi, ꝙ ſuppuratio cū ageat tempore prolixiori, in ſenibus talis poteſt ſuccedere, virtute non omnino imbecilla, quia ſi omnino deficerēt, nulla bona termi natio poſſet euenire. Iuſta dictum Alexandrini loco citato. Cum igitur nec de lirio aut acumine doloris, tantū infeſtetur, aut febris acuitate, ob pu gnantiā temperature, aut torpidum ſenſum, vt minores natu, inde dantur inducie, vt eo tpe prefactum apoſtema ad ſuppurationē perueniat, in quo ſalus extat illius affectiōis. Vnde. & ſi Hip. in verbo textus. Maiores mul to tardius, videat ſentire, hos tales ſenes neceſſario interire ex tali affectu, & ſi ꝓlixiori tpe. Non tñ intime cōtemplādo, eſt hec talis, ipſius mēs. imo ꝙ ſenes aliqñ ex tali affectu liberenť, quia ſuppuratio eſt talib⁹ poſſibilis, virtute quodāmodo conſtāte & ſimpthomatis prius virtutē nec diſſoluēti bus. verū extat hāc paſſionē, eſſe ſenib⁹ etiā p ſuppurationē, incolumiorē iuuenib⁹, ſi ad tēpus ſuppurationis poſſent peruenire. qđ totū intelligiť, in verbo text⁹. plurimi ſenū ex recidiua intereūt, ergo ex paſſione ſuppurata plures

plures poſſent euadere.itē & iuuenib⁹ ſalus eſt poſſibilis,ſi aliqs ſub bonis auibus,ad ſuppurationē perueniat. Ergo ſi ad talem ſtatum peruenirēt,facilius& plures releuarent,quā ſenes, minus obnoxii aliis obſtaculis.eſt alia cōcluſio textus. ꝙ licet ſuccedat ſenib⁹ talis ſalus per ſuppurationē,non eſt tamen talis ſalus ſtabilis,immo minatur recidiuationē. vnde & ſi poſiti ſint in via ſalutis, ſolent tales ex obſtaculis futuris interire. quod non ſuccedit iuuenibus,nam prius quam ſuppurentur intereunt. que concluſio videtur habere difficultatem,quia ſupra citauimus textū Hip.in.6.epidimiarum. ꝙ apoſtema ſuppuratum nō reuertitur,quia in tali coctio eſt & maturatio & iudicatio. Item etates ſimilantur temporibus in.2.libro ſupra ex Gal.ſed ſtatim infra videbis,qualiter apoſtemata hiemalia minus reuertunt̄.& idē in fen.2.pri.in de naturis temporū. Dicimus ꝓ ſolutione,ꝙ cū mundificatio in talib⁹ ſenibus taliū vlcerū ſit prolixa,tali ſpatio dolores cōcitatur ventoſi,in talibus partibus,& talibus doloribus poſſunt iterū conuocari apoſtemata. & ſi calida non eſſent, tali dolore redditi ſat iam defecti, deficentiores redderentur. quibus ſic defectis,ſi morbi alii ſuccedant, recidiuationes quoq; dici poſſunt,& ſi nō ſtricto modo,a quibus cōtinget interire eos tales ſenes.Prima aūt autoritas allegata habet verū, reſpectu apoſtematum que occultātur. Secūda aūt autoritas nō concludit, oīno, quia eſt diſpar ratio in robore virtutis que hieme reperit̄,& reſiſtit recidiuationi,qđ non eſt parua cauſa,cū craſicie humorū tali tpe inuentorū, qui difficile agitantur. fortificationes ergo dolorū qui iterum ſenib⁹ ſuccedunt,ſunt cauſa mortis.

¶De vltima aūt concluſione,eſt maior dubitatio. nā ſi pus qđ ſuccedit in iuuenibus,eſt candidū & bene conditionatū,ad hoc vt ſalus ꝓmittatur, quid egent iuuenes,vt alia inditia bono conſulant̄? cū in.5.apho.ſuper textu. calidū ſaniem faciēs &c. Dixit impoſſibile eſt aliquid mali cōtingere, in vulnere pus faciēte,potiſſimū cum laudabile ſit. alterū eſſet querere,que inditia talia ſint,que ſub pure facto,adoleſcētibus promittant ſalutē. ad primū dic ꝙ pure ſic exeunte,poſſent tantū defeciſſe ex acumine doloris,ꝙ quaſi chadmice extinguerent̄ cum pure facto. vnde ſi candidū ſit,exiensq; a partibus non valde intimis,nō reuertaturq; pullulans dolor,habeat apetitum, mentem ſanā virtutiſq; conſtantiā,rationabile eſt modo virtus,valuit reſiſtere i acumine doloris, & nō extingui, ꝙ facto pure, vbi dolor ſolet remitti. iuſta ſniam Hip. nō ſuccumbat,aliis ſignis bonis fauentibus.& ſic habes huius canonis vtilis ſententiam enucleatam ſatis.quare &c.

**¶Fauces exulcerare cū febre difficiles ſunt. Sʒ ſi aliud ſignū ex ꝑdictis fuerit prauū predicendū:vt cum periculo morbus ſit. GAL.**

Fauces exulcerate labem indicant derodētis humoris. Cauſa vero difficultatis non parua eſt,quia cum dolore infeſtant. Itaq; conſiderari conueniet & alia inditia, vt exquiſitius futura cognoſcantur. Commune vero in

cunctis erit tibi preceptum potiſſimũ, qui nec exquiſite optimi affectus, neq; deterrimi habeãtur, in quibus ipſe Hippocrates cenſere aſſolet, talia quoq; inditia eſſe conſideranda.

GLOSA.

Procedit Hippo. ad inditium ſumptum ex morbo alia ſede manifeſtato, quod membrum fauces eſt. & inuit in ſententia, q; vlcus in illis partibus cum febre eſt difficile, & ſi mala inditia faueant, erit timor. Gal. per quam breuiter ſe expediuit ab expoſitione iſtius textus, & in antiqua litera & preſenti, non ſolum verificat textum per viam ſigni, ſed per viam cauſe etiam. Dicit ſecundo eſſe conſuetũ Hip. in ſignis non valde certis, conſulere aliis, vt prefacti ſigni robur firmetur. ideo in preſentiarũ in tali exulceratione faucium, precipit attendere, qualia ſint reliqua inditia. Fauces vt ſequenti cõmento apparebit, ſunt tota ea cauitas, que aperto ore oculis intuendo diſcerni valet. Notandum vlterius peliculam veſtientem os continuari ſtomacho, 1. pri. cap. de generatione humorum. ac. 3. de facultatibus naturalibus per Gal. ex qua continuatione, plurima ſoluuntur problemata, illis locis videndum. Scimus etiam, ad hoc ſpacium tam viam aeris quã cibi terminari. vnde iis duabus viis hec regio nutritiue ſedi & precordiali cõmunicat. in quibus ambabus frequẽtius contineri febrium acutarum materiam, (vti de cauſone poſſet explicari) omnes conſentiunt. Ergo apparẽte exulceratione in talibus partibus, acres fumos e talibus mineris aſcendiſſe, qui eas partes dilaniarunt, ac corrodunt, ſignificatur. ergo ſignum eſt ingentis febris, ac acrium fuliginum. vnde raro eſt in acutis febribus, has partes non videre exulceratas, immo ob talem promptitudinem. 1. quar. cap. de curatione febrium acutarum dicit Aui. eſſe maximum iuuamentum aſſiduare gutturi patientis acutam febrem aliquod humidum, quod teneat in ore, & ipſum humectet. quod nõ ſolum tali exulcerationi obſtat, immo & ſitim extinguit, guſtumq; meliorat, ac aeri ingredienti viam prebet roridam, frigidamq;, vt ipſe recẽtior, frigidiorq; vadat. talia namq;, adiuuant febrientes. videndũ. 6. epidi. cõmentario. 3. ſuper textu ſiti carentẽ os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum introducere. que prefacte exulcerationes ſunt aliquando corroſiue, ambulatiue, nigre, ſordide, que ſecundum magis & minus periculoſe ſunt. & aſſumptioni ciborum non parum obſtant, vnde ſatis grauantur infirmi tali dolore. & ſi plus potui obſtent, quam cibo, alibi videndum eſt. Inditia autem praua. que tales exulcerationes grauare poſſent, eſſent talium vlcerum perſeuerantia, & fradulentia, doloris incrementum, apoſtematis concitatio & alia ſimilia. Vnde nec mirum, quod Hippo. prius de vlceribus, quam de apoſtematibus huius ſedis determinet, quia vlcus harũ partium conuocat ſepe apoſtema. ex quo licet antiqua litera, loco ex vlcerationis, apoſtema habeat, ipſi non cõſentimus, cum ad apoſtema ſtatim ſe transferat author. quare &c.

De angina.

De angina. Capite. vi.

ANgina grauiſſima eſt: ac celerrime interimit quecunq3: nec in ceruice: nec in faucibus conſpicuum aliquid efficit. Plurimũ vero doloris infert: ac ſpirationis difficultatem. Hec enim eodem die: ⁊ ſecundo ⁊ tertio ⁊ quarto ſtrangulat. 16

GAL. VT fauces preiacentem gule & gutturi ſedem appellet, perſpicuum eſt etiam ex his que hoc loco ſcripſit, illã anginam dicens eſſe grauiſſimam, quecunq; nec ceruice, nec in faucibus diſpoſitionẽ quandam indicet preter naturam ex colore, calore, mole. Porro ceruicem intelligit collum. fauces vero aperiendo os ac linguam comprimendo deorſum euidentem amplitudinem, in qua gemina hoſtiola viſuntur, tum gule, tum etiam gutturis. Quotiens igitur in neutro horum appareat aliquid preter naturam, exiſtimandum eſt intra gutturis corpora laceſſere inflammationem, ex qua ſtrangulantur. At cum anime iter anguſtum ſit, ſtrangulentur neceſſe eſt eo integre cluſo ob circunueniẽtium corporum inflammationem. Itaq; coguntur dirigendo collum ſpirare quo diſpeſcant ſenſim meatum. Supinus enim iacentis habitus eum extreme cludit priore corpore magis concidente in ceruicis vertebras. Igitur ob eam rem, & quia inflãmatione vexant̃ muſculi in gutture, merito dolore afficiuntur. GLOSA.

Quid ſic prognoſticandũ, de morbis apoſtemoſis in tali regione exiſtentibus, docet in preſentiarũ. & tres gradus ſuffocationis ſentiens, a peſſimo incohauit. quia ibi maius periculũ vertitur. & licet ſtrangulatio a pluribus cauſis accidere poſſit, ſolũ de ea q̃ ab apoſtemate ſit, ſermo nobis eſt in preſenti. Ex quo licet circa hoc nomen ſquinantia, Gal. 4. de locis affectis. longam digretionẽ faciat, abſolute idẽ ſonat, qđ ſuffocatio, ſeu anhelitus ꝓhibitio, ob anguſtiã & conſtrictionem factã in his mẽbris. Ibi enim Gal. citat Hip. in ſui fauorẽ in hoc loco. Deſcribẽs ergo Hip. peſſimum angine hoc eſt. ſquinantie ſtatũ. dixit eſſe que maximã ſpirandi difficultatẽ faciebat, cũ ingenti dolore, nulla manifeſtatione in ceruicibus, nec in faucibus, ſcilicet nec coloris, caloris aut tumoris quã ſic peſſimã ſquinantiam introduxit. 3. de morbis vulgarib9. ſed nõ hunc primũ gradũ, in cõmẽtario. 2. in textu illius q̃ angina laborabat & apud bithionẽ agebat. & ideo illius mors dilata eſt ad diẽ. 5. cum iſtius textus angina, ad plus differt̃ ad. 4. diem vt in proceſſu videbit̃, verum extat Gal. ſentiſſe in cõt. illo eſſe dilatã mortem ob robur virtutis & nõ ob minorẽ impetũ paſſionis potiſſimũ ꝙ tantũ laborabat anhelitus anguſtia ꝙ ipſum haberet altũ hoc eſt erigendo collum, aut altũ ꝙ omni muſculo inſpirationis iuuabatur. ad literam igitur accedendo. dicimus ꝙ ex acutiſſimo dolore, cõſiderare cõuenit, hoc apoſtema pẽdere ab humorib9 calidis. quia in flegmatico apoſtemate dolor eſt obtuſus, melencolica vero ſquinãtia raro fit. & cũ ea, q̃ in hoc textu intelligitur,

ſumme periculoſa ſit, inde colligitur, non eſſe pituitoſam. quia que a tali pendet ſecura eſt. 3. apho. Nam ea que vere accidit, ex pituita congeſta hieme vincitur ab attũnali, que pendet ex humoribus ſtate congeſtis, qui acuti ſunt. Videndum ibi per Gal. quod apoſtema cum intenſi doloris ſit, pendeatq; ab humoribus calidis, non minus protendit ſui metus incremen tum, per magnitudinem, vt viam coartet inſpirationis, ꝙ autẽ nihil appa reat in aliis partibꝰ, eſſe in loco intimiori, nobilioriq;, oſtendit, maximeq; aeris tranſitum impedire. ex quibus omnibus. denotatur iſtũ morbum eſſe per peracutum, cuius iudicatio. Iuſta decreta in principio libri iſtius tertii, ad plus differtur vſq; ad. 4. diem. ꝓ enucleatione ad ſententiã huius textus, oportet primo ſubiicere, ꝙ ceruix idem eſt ꝙ collum. ipſum vero eſt illud membrũ, quod ante & retro inter diſtinguit caput ab humeris. guttur vero eſt orificiũ ſeu oſtiolum aeris, gula vero ipſius cibi, vnde guloſi, qui admo dum cibis delectant̃. Fauces vero eſt cauitas, que aperto ore apparet, & interior etiam, cũ premetur lingua, ſic ꝙ illa duo hoſtiola non occultentur. Notandũ deinde ꝙ cum animali nõ ſit poſſibile viuere ſine ſpiratione, & cibo. quia cũ ſubſtantia noſtra vndiq; diſſoluat̃, lib. 1. de ſanitate tuenda, & de diſſolutione continua, oĩs talis inſtaurari habet, ex quo his duabus ſubſtantiis neceſſariis ſic, adaptauit vias iuſta caput. qđ tale a capiendo dicitur vtrumq; alimentũ, ibiq; eſt os, qđ via eſt vtriuſq; ſubſtãtie. & quia aeris eſt maior neceſſitudo, adhuc ipſi anteriorẽ applicuit canalẽ, ac ſolidiorẽ, cibo autẽ poſteriorẽ, tanta vicinitate, vt reſudẽt ad pulmonẽ, que via cibi labun tur, & via aeris ſuis ſemi circulis amplexet̃, & cedat grandioribus bolis, que vias arctare poſſent. qua vicinitate licet, dicas pulmonẽ non diſtare multũ. 4. pri. & ſi via publica ſit poſt cor. plurima pulchra puncta poſſent annecti huic paſſui, iuſta harũ viarũ propinquitatẽ. que modo nollumus inſerere. pateatq; abſentibus, ſi hũc paſſum cõtingat legere, hac noſtra regione eſſe feminam monacham, que a tribus annis fere viuit abſq; cibo & potu. De quo nemo dubitet, quia periculum factum eſt a probatiſſimis perſonis de ea re. Ergo omni animali naturaliter neceſſarius eſt cibus, ac aer, & vie pu blice ad tales ſubſtantias. ex quo tales vie, & ſi principalia membra nõ ſint, pro talibus reputantur gratia officii. ex quo cum morbus multifariam pe riculoſus cenſeatur. ex Gal. 4. de morbis curandis. talis, eſt prime acceptionis. Vnde cum aer ſit neceſſario, adhuc morbus qui inſpirationem tollit, primum gradum obtinet, & potiſſime ſi affectus ſit priuatus in via aeris. Cum igitur opilatio ſit proprie morbus viarum, primo de diff. mor borum &. 2. primi. & talis que attenuatoria dicitur, aut ſicitate, aut vacuitate vie, aut pondere vicini. in preſentiarum morbus proprius, qui priuat aerem eſt coarctatorius, cõmunicatis autem atenuatorius, in tertio membro. ſic Auicena in fen. ix. tert. in propria materia aliquid horum tetigit.

de monacha

Notandum

Notãdum vlterius, ꝙ cũ per hos canales corpora trahantur, propter que, ſecundum magis & minus dilatari oportet, & quandoq; claudi, ac ob alias vtilitates, inde muſculos ineſſe vtriq; viarum, eſt neceſſum. ſemper intelligendo de motu arbitrario. Sed talium muſculorum hec eſt diſcrepãtia, ꝙ muſculi epiglotis ad anterius declinãt, ipſius vero yſogaphi ad poſterius. & tales dicuntur extrinſeci, quia verſus partem extrinſecam & minus nobilem conſiſtunt. alii vero conſiſtunt muſculi in his canalibus intimi magis, vti claudentes canalem qui preſtant vigore, vt omnibus conſtringentibus inferioribus non cedant. 7. de vſu paruũ, qui non viſuntur, nec talem habẽt inclinationẽ. quibus omnibus ſic contemplatis ex Aui. loco citato, eſt colligendum ex preſenti litera, peſſimam anginam eſſe illam, que fit in ſpatio intrinſeco iſtarum viarum prefactos intimos apprehẽdens muſculos. nam licet iſta vehemens malicia explicetur, ex magna ſpirationis difficultate, non pugnat per apoſtema cane ipſius cibi, ſatis prohiberi anhelitum. ipſo Aui. dicente loco citato. aut fit in muſculis intrinſecis meri, & conſtringit anhelitum propter vicinitatem, & ſenſui non apparet. creditur ergo Hip. in preſenti, de angina vtriuſq; cane intellexiſſe. nam deſcribit peſſimũ ſtatum ipſius, nullo ſigno viſo nec anterius aut poſterius, ergo ambas colligit, nam peſſima ipſius vie cibi, refugit manifeſtationẽ poſteriorem, cui propinquatur, quia interius fit. & que via aeris conſiſtit, nec anterius manifeſtata eſt ex aliquo veſtigio. item nec in faucibus apparet aperto ore ac preſſa lingua, ergo intra muſculos eſt affectio, que met viam occupat: ex quo immenſus dolor, ac anhelitus priuatio. ſi autem libet, ſolum Hip. introduxiſſe peſſimam anginam in muſculis intrinſecis cane aeris exiſtentem, non prohibeo. & tunc exponenda eſt litera, ꝙ in ceruice non apparet tumor, ſcilicet in collo anterius, nec in faucibus, aperto ore. & vide, quam intima ſit ea affectio, vt partes proximas nec colore aut calore viciauerit. Hi ergo ad modum laqueo ſuffocatorum interimuntur, & tanto celerius, quãto aeris refrigerantis fuerit maior neceſſitudo, vnde carnoſis & robuſtis celerior mors. vnde non in conſone poſt aurium dolores, quibus iuuenes citius cadunt, ſequitur hec pertractatio, cũ tali affectu robuſtiores ocius extinguãtur. ob q̃d tales coguntur aperto ore, linguã foras mittere, ad inſtar canium tempore magni eſtus, cũ maius refrigeriũ procurant, aeri patulam magis parando viam. ideo iſta peſſima angina ab aliquibus canina dicitur. adq; ad facilius inſpirandum coguntur recto collo, ſic enim melius pateſit aeris via, ac cibi. ob q̃d aſmatici dormiunt non cubantes, ſed ſedentes. iuſta quod aliqua eſt anhelitus difficultas, qui libro de diſnia. &. 10. tert. per Aui. dicitur anhelitus preparationis. quia niſi tali rectitudine preparentur, ſuffocantur. Ego autem primo libro dixi de femina quam curaui ex vlcere meri, quod non deglutiebat niſi ſtans, alias multum fatigabatur. Sciuiſti

etiam

etiam eo loco, qualiter ſupini debēt ſumere id, quod optamus reſudare ad pulmonem. vbi cauſam aſſignauimus, eſſe moroſam deglutionem que ſic cubando fit. ꝙ autem cum difficultate ſupini deglutiamus, vltra experimentum quod aduxi, eſt ſententia gentili. 13. tert. cap. 5. tracta. 1. in verbo. videmus infirmos vt melius tranſglutiant ſe erigere ad tranſglutiēdum. cuius cauſa poteſt eſſe, ꝙ tunc cibus ſui grauitate melius cadat. ac attractio villorum longitudinalium, qnod eſt inſtrumētum illius operis, ſub eo ſitu melius fiat, ipſis aptius contractis. quo ſic perpenſo. ſimul cum artificio id indicante, ꝙ ad talem finem medicamenta reſudantia in modum loch conficimus, vt maiorem moram contrahendo, reſudare poſſint. que omnia vt clariora fiant. Scias Gal. 8. de placitis. pertractaſſe hanc materiā. Simul & .7. de vſu partium. ſed illic ex propoſito contra Platonem qui pigre & falſe habuit, totum potum deſcendere per viam aeris. cuius opinionis reprobatio, tum ex iis hoc loco inſcriptis, tum. 4. de morbis curādis verſus finem. aliquibus clauditur dictis. Primum aliquid ex via cibi, ad viam aeris tranſire. & ſic ad pulmonē, experimento eſt comprobatū. quia ſi aquā rubeam dederis paulatine tranſglutiēdam, & paulo poſt ſecaueris pulmonem, ipſum tinctum tali aqua inuenies. Iſto dicto clauditur. 8. liber de placitis. & in cōdemnationem Platonis oportet addere, & totus ille potus reperitur fere in fundo ventriculi, igitur. Secundum dictum. cum naturaliter via pulmonis ad aerem attrahendum, ſit ordinata, ſi ſubito occupetur ex cauitate, cibo, aut potu, neceſſum eſt tuſſim excitari clamoſam, quā non eſt homini cōpeſcere. Iſtud dictum, etiam eſt experimento comprobatum comperto. ꝙ exiſtēte gutture ſeu faringe compoſita ex tribus cartilaginibus. illa que cimbalaris dicitur officium habet, interponendi ſe cibis exiſtentibus circa illas cauitates & potibus, vt nō tranſeant ad canam aeris. Et quia aeris cana ſecundum ſuperiorem partem, erat perfecte circularis, & non poterat cedere cibis ſecundum eam partem, vt inferior ſuis ſemicirculis, inde cum deglutire volumus, aſcendit nodus & pars alta trachee, in quo aſcenſu, illa via aeris perfecte clauditur, illa cimbalari cathilagine, muſculis claudentibus. Ob quod dum comedimus, aut bibimus, complecte cohibemus, inſpirationē, & ideo cum perſeueramus in bibendo. ſuſpiramus in fine, magnam facientes reſpirationē, ad amiſſum anhelium recuperandum. ob quod ſi auiditate comedendi, deſcendat bolus, antequam nodus aſcendat, & perfecte claudatur aeris via a dicta carthilagine, tuſis clamoſa excitatur. Tranſeunte ex via publica, aliquo ſubſtātiarū duarum ad ipſam aeris viam. Ideo cauſat ꝙ guloſi, quaſi ſuffocātur quia tanta auiditate non poteſt exacte claudi via. Item ꝙ pro vita eſt neceſſum inſpirare, cui tempori occurrit cibus, & facile permeat ad aerē. Simile euenit, ſi inter comedendum vellimus loqui. quia pro voce egemus aliqua apertione cane. ob

qđ, religioſis ne caſu ſuffocent, vltra alias vtilitates, precipit, ne loquantur inter comedendũ. Tertiũ dictũ. ſi aliquid vtilit & abſq; noxa ad pulmonẽ debet tranſire, debet eſſe per modũ reſudationis, ex parte qua vie iungunt patet, quia illo leui motu quaſi non alterat, & ideo nã Gal. 4. libro citato qđ humor vndiq; iuſta tunicas arterie, ceu iuſta murum aqua deſcendit, tunc tuſſim non cit. ſi quid per mediã ſpiritus viã incidit, tuſſim ſtatim excitat. Quartũ dictum. cũ talis reſudatio paulatina debet eſſe, quanto deglutita magis imorantur, tanto aptius in canã delabuntur. Ideo in calce. 4. de mor- curãdis. vt ꝙ diutiſſime in ore teneat. Quintũ, ſi ſupinũ aut reſupinũ (idẽ enim eſt,) nam 8. de placitis in calce per verbũ reſupin⁹ legit Gal. hic p verbum ſupinus. cubare, ad deglutionẽ tardiorẽ diſponit, clara eſt tota deductio. Dempto, ꝙ verbũ Gal. dicto. 4. explicandũ eſt, cũ ait. oẽs qui illic ſunt muſculos relaxet remittatq; precipiendũ. qui muſculi ſunt iſti? Primo verbum relaxare aut remittere eſt nõ applicari ad opus. eſt etiã relaxare apperire, tãtiſper eos muſculos. & cũ plures circa eum locũ ſint. 7. de vſu parti. de aperientib⁹ innominatã carthila. a clipeari ſeu ſcuti formi. & de aperiẽtib⁹ timbalarẽ ſeu ſuperiorem intelligendũ eſt. ꝙ ſi offeras, hoc obuiat cunctis ſuperius dictis, nam ex tali apertione, ad mediũ cane ibit licor, qui vrgentem tuſſim excitaret, p dicta in. 4. de morbis. niſi eſſet, ꝙ Gal. ex ꝑpoſito tractãs hoc, dicto. 8. de placitis. Exponit verbũ laxet & remittat. Inquiẽs. deinde reſupinatus orificiũ gutturis tantillũ cõperiat, in noſtra ſi quidẽ eſt poteſtate aperire & claudere cũ vollumus. Tunc interlabi pauxillũ quipiã in id ex ore ꝑſentiet. in qua autoritate, etiã per viam interiorẽ cane, aliquid interlabi cõſentit. qđ ſi pauxillũ ſit, in tuſſim non cõcitabit, aut ſaltim paruã. ergo ſentit etiã iuuare, talium muſculorũ relaxationẽ ad aliquid ſe imbibendũ ex via ſuperioris cauitatis. ſed cũ nõ ſic ſit euidẽt clarũ, quantum poſſimus eas vias claudere, & aperire. nã & ſi motus ſint arbitrarii, ſunt adeo. naturalib⁹ neceſſitudinibus adicti, ꝙ parum, imperiũ volũtatis ibi diſcernitur. ob qđ ſi vis, verbũ laxet. In alia ſignificatiõe. dic muſculos meri quos aplicamus deglutioni. Eſt enim illud opus ex vtriſq; operibus cõſtans. 1. pri. doc. 6. cap. vlti. Laxemus. i. non applicemus operi. ſed ſinamus villos naturales duntaxat attrahere, & nõ iuuemus eos motu volũtario cõpreſſiuo. ex eo enim multũ tarda erit deglutio, ex quo reſudatio erit cõplectior. harum duatũ, ſumme vnã, aut ambas. Que tanta dicta ſint pro hac veritate enucleanda. ad propoſitũ igitur textus reuertendo. ſentẽtia authoris in preſenti, eſt de peſſima angina, que ſic fraudulenta & viam aeris impediens ſub breui ſpacio extinguit hominem. quare &c.

¶ Quecũq; vero dolorẽ alteri ſub ſimilẽ infert: attollit vero ac ruborem in faucib⁹ efficit admodũ exitioſa; ſ; paulo lõgior ꝙ ſupior eſt. GAL. 11

Secũdam nominat angine differentiã, in qua attollit quidem ſeruix, & fauces

& fauces rubẽt dolore vero eque q̃ predicit afficiunt̃,non tñ ſub recti ſpirant.i.nõ ſpirant admodũ difficulter,quia muſculi in gutture non admodũ vexantur inflãmatione. Merito igit̃ eam exitialẽ haberi dixit non tamen perinde, vt predictam celerrime interimere. GLOSA.

Deſcribit ſecundum gradũ angine periculoſe,& ſic tertium.& licet anti qui vt.4. de locis affectis. ac ſequenti cõmento apparet, vehementer cõten dere,in ponẽdo nomina. diſtincta his ſpeciebus ſquinantie. & degladiarũt ſe,qualis per c literã & que per ſ literã inſcribenda eſſet, nobis nõ eſt de talibus certare,niſi pro cognoſcendis rebus, vt a Gal. docemur in mille locis. cum igitur rẽ que angina eſt, liquido cognoſcamꝰ, ſcilicet eſſe prefocationem apoſtemoſam in dictis partibus ortã. ſub maiori aut minori malitia. Ergo que preſenti textu ſignificat̃,minoris eſt malitie. quia tumor in faucibus apparet lingua preſſa, vt inde colligamus extra viam aeris cõſiſtere. Vnde remiſſiorũ ſimpthomatum cenſet̃, quod in quã non ad promittendam ſalutẽ conducit,ſed vt plus mors differatur.quã ſecundam ſpeciẽ Gal. loco dicto ſic deſcribit,ea vero cuius tumor & rubor in gula apparet,ſcilicet iuſta hoſtiola illarũ viarũ. Quod vero hic in faucibus dixit, nõ inquã in parte extrinſeca verſus palatũ, ſed intimam preſſa lingua. Hanc dixit mortalẽ, ſed tardiorẽ prima. Sed dubiũ eſt, qualiter Gal.loco citato,quatuor ſpecies.ſimul & Aui.loco citato. Hip. vero hic duntaxat de tribꝰ mentionem faciat.qꝫ ſi dicas hic diſtingui ratione ſimpthomatũ,& id,gratia locorũ accidit. Dicimus ergo, quod ad hanc Hip. partitionẽ ea Gal.& Aui. reducitur. nam aut tumor eſt ita occultus, & dolor, vt omni diligentia facta nullũ veſtigium cõpareat.& ſic conſtituit̃ prima ſpecies apud Hip.que diſtribuitur ab Aui.in duas, ex duplici canali, quo interius,accidit. Reliquevero due ab oĩbus authoribus eodẽ modo intelligunt̃.& ſi Gal.videatur vnam alterã ſpeciem cõſtituere,& peſſimã,cum ſimul affectio utramqꝫ partẽ occupet. Ego aũt vidi ancilam quandã patientem duplex apoſtema in gutture ſed vtrũqꝫ in viſile ſed apto vnico a chirurgico & non viſa libera inſpiratione,credidi alterũ eſſe apoſtema,& diligẽtia facta apparuit & etiã ruptum fuit & conualuit. Nec eſſet abſonum, ſimilem ſpeciem illi de qua Gal.pro laudabiliori introducere. Puta ſi humor alleuians membra interiora,exterius impartiretur. quod tamen in textu ſequenti congruentius habebit locum,quia ſic in ſimili,duplicẽ tertianam laudamus,ſi ex ſimplici procedat,cum vtraqꝫ leuis. materiam namqꝫ diuiſam eſſe ſignificat,quam ſic facilius natura ſuperabit. Credimusqꝫ hãc ſecundam non ſic letalẽ eſſe, vt releuari non poſſit eger, ſi medicus peritiſſimus ei occurrat in principio: vti in manibus meis, ( & ſi non ſim de illorum numero,) vidi hominem robuſtum ruſticum etatis medie liberatum ex tali ſquinantia. qui ſic ſtertebat & anhelitus truncabat̃, vt videretur abſqꝫ ſpe medicari. ſed omni

ingenio poſſibili adhibito conualuit,huic exibui farmacum verſus meridiem,quia ſentiui.deinde omnino nihil deglutire.Plurimi autem qui hoc morbo intereunt,finiuntur cum ſpaſmo ex Aui.cap.proprio in .9.ter.quia cerebrum valde compatitur.ac alimento negato,calidoq; exurente, & minime euentato,conuulſionem ſicam non eſt longinqum incurrere. Poteriſq; proprii, capit.videre,que ſigna poſſunt ſaluté in aliquo promittere, aut morté retardare.Igitur in angina iſtius teſtus eſt dolor ſubſimilis, hoc eſt.magnus & circa eadem loca,ſet differt,ꝙ in muſculis circumiacentibus Ob quod tumor ceruix,& fauces rubent,vnde non eſt iſta intrinſeca & extrinſeca,ſed duntaxat ſuo modo extrinſeca.reſpectu prioris.interficit auté ob apoſtematis magnitudiné,modo verſus fauces & ceruicem occupat.ſed tardius,quia nó ſic obeſt inſpirationi.a qua cótingit aliquádo euadere, ſed id raro.quare a frequentiori euentu.ipſa etiá mortalis eſt.quare &c.

¶ **Si quib⁹ fauces rubét ⁊ ceruix hic diuturnioꝛ eſt: maxime vero ex ea ſeruátur ſi ceruix ac pectus traxit ruboꝛém:nec ſacer ignis intro recurrat.** 18

GAL. Tertiam cómemorat anginam quam alii per.s.literá nominant Sináhen,non per .c.literá Cynáchen.Vbi enim vehementer ſtrangulátur ac dolore vexantur nec inflámatio, aut ſacer ignis apparet,aut in ceruice, aut in faucibus.Cynáchen per.c.literam talem nominát affectionem.Sed quod aſſidue moneo, videtur Hipp.facere,nec ita vocabulis parce vtitur, ſed vt libuerit appellat.Sane in quibuſdam codicibus antiquis legitur initium dictionis per.s.literam.Si quibus Synáche,id eſt angina.ita conſtat vt nihil iuuet de.c.&.s.literis diſſentire,queadmodum medici recentiores agunt.Vbi enim conceſſa res eſt,ſcenum eſt de nominibus litigare,at confeſſa res eſt iis qui miniſteria artis agnoſcunt.Si enim vehementer ſtraugulantur,vt cogátur reſurgere deterrime exigunt dolore vehementer affecti,nullum vero aut in ceruice habentes,aut in faucibus accidens.Ab his vero deinceps exiſtunt,ii qui non ſpirent difficiliter ſed dolore admodum vexantur,ac pariter tumeſcat ceruix,& fauces rubicundiores euadát.Tertio loco diſponuntur ii,de quibus Hip.preſenti ſermone perſequitur, qui nec vehementer affligátur dolore,nec ſpirent difficulter,& guttur nequaquam perpetiatur,ſed aut in fauces fluctio,aut in ceruicé,aut in hec vtraq; decumbit.At vero fluctio talis magna ex parte bilioſior eſt, ita vt perſpicue ſacrum ignem,aut inflammationem ſacro igni ſimiliorem committat, vnde & ipſe dixit,nec ſacer ignis intro recurrat, ꝙ ſi pituitoſus interdum tumor infeſtet,celerrime diſcutitur,nec vllo pacto acutus hic morbus eſt. Ceterum ſequens dictio perſpicua eſt.

GLOSA.

Deſcribit incolumiorem ſpeciem angine, & a qua frequentius cótingit euadere.pro cuius intellectu oportet notare,ꝙ hec affectio nó eſt occupás ſimul intima & exteriora membra,nam inde exitior eſſet,niſi per modum

dictum

dictum in calce precedentis gloſe. Notamus ſecũdo, ꝙ ſiue hoc apoſtema in partibus apparentibus incipiat, ſiue intus, & inde ad has partes exteriores deriuetur, veritatẽ continet Hip. ſententia, quia he ſedes ignobiles ſunt reſpectu priorũ. Que enim nobilia aut neceſſaria, ſemper natura infoſſat in penetralibus corporis. de qua permutatione ad exteras partes dixit ipſe 7. apho. aſquinãte habito tumor & rubor in pectore, aut aliis affinibus partibus, bonum. Foras enim conuertitur morbus. & vice verſa peſſimũ erit cum exterior intima fiat. iuxta illud eiuſdẽ authoris. heriſipilam intus conuerti malum. Eſt enim tota clauis minoris metus, aut maioris, in hoc ꝓpoſito, ipſa inſpirationis alleuiatio, aut difficultas. idem de ipſa deglutione. nam plurimi, potũ per nares eiiciunt, ex via palati ad nares. prohibita ipſa via deglutionis. Et vice verſa ob illã cauſam precipit ſumẽtibus caputpurgia ꝑ nares impleant os aqua, vt obex ſit licori, & nõ deſcendat, immo inſpiratione verſus cerebrũ trahatur. & quia iſta ad exteriora deriuatio, aut illis ſedibus preſentia maxime cõmendatur, ideo repercuſſiua a parte exteriori omnino nõ habent locũ, ſed ipſorũ loco, anodinis vtimur. & cum tẽpus dat aliquibus attrahẽtibus ad exteriora, quibus ſentiunt iuuari. Igit̃ tota ratio harum laudũ, eſt elongari ab organis inſpiratiõis ipſum apoſtema. ſi igitur ita ſe habet. adhuc preferet̃ deriuatio verſus pectus, cũ magis diſtet ab organis ꝑdictis. de qua textus. nõ ꝙ diuturnior, ſed ꝙ magis ex tali ſeruetur, hoc eſt incolumes euadant ¶ Quod tñ quis calumniare poſſet. ex ſententia Hip. in aph. ꝙ permutatio ſquinãtie ad pulmonẽ eſt omnino deſperabilis, ſed cum deriuatur ad pectus, videtur pulmonem contingere, igitur. dic ꝙ talis deriuatio eſt attinens parti exteriori & per vias exteriores vnde re, ſatis a pulmone diſtat, & ſi ſenſu parum. q̃ omnia felicius ſperabuntur, ſi ille bilioſus humor, oſtenſus rubore, aut ſanguini mixtus. oſtenſus tumore, permaneat dictis ſedibus fixus, non vaguus, non intus iterum retrocedens. nã ſi iterum antiquos petat lares, pernecabilis eſt. nã ſi herſipilam intus conuerti damnauimus, quid de ſquinantia? eſt ergo talis leuior paſſio propter minus vexari dolore ipſum egrotantem, minuſq; conſtringi anhelitũ ipſum.

¶ Sed cum Hip. hoc textu. etiamq; Gal. hanc ſpeciem colericam ſentiat, ex timore retroceſſus ignis ſacri ad interiora. qui conſtat ex ſubtiliſſimo ſanguine colerico. Sic.n. fit heriſipila, q̃ eſt ignis ſacer in ſcđa parte ad glauconem. qualiter tali dictum eſt, minori cum dolore eſſe. quia dolores acutiſſimi proportionantur tali paſſioni colerice, ob flamã & morſionem. Qualiter etiã cõſentiemus Gal. talẽ affectũ pituitoſũ celerrime diſolui, quia paſſiones ex frigidis humoribus tardius ſoluuntur. cõt illius ſenes iuuenibus egrotant minus. item ſi celerrime diſoluitur, qualiter non eſt acutus morbus, uã ad morbum acutum ſuccedit, ex ſuo properante motu breuiter conſumi. Tertio dierum decretorium verſus finem. Ad primũ dic, ꝙ gratia

loci eſt minor dolor,quia in ſpacioſo magis continetur humor.& minus ſol uitur continuũ,& ſi vtraq; colerica ſit.reſpectu tamen pituitoſe,ſemp maior.A ui.in cap.de ſignis ſquinantie.ſed pro ſolutione alterius dubii,magis oportet aduertere. nam de pituitoſa A ui. loco citato.q prorrogatur aliqñ ad diem.40.Qualiter ergo Gal.conſentit,talẽ facile diſolui, verum extat, q idem A ui.loco citato cap.de cauſis ſquinantiæ ait.de prefocationib⁹. flegmatica eſt magis incolumis,ac eius ſanatio velotior,gentilis ſuper eo paſſu,ſolum reſfert dicta Thadei & dini.nã dixere ii doctores,q apã his locis a flegmate dulci,hoc eſt ſubtili calido,eſt velocis diſolutionis.nã tale flegma prima pri. ſepe deſcendit in reumatiſmis,& tale ſic ſuperfluens. i ſcda primi cap.de apãtibus contingit figi intra muſculos epigloti,& tale apoſtema cauſat.Quod tale in proceſſu forſam magis deſiderat flobot,quã i principio curſus iuxta dicta A ui.ſat obſcura cap.de cura ſquinantie.ſed de illis hactenus,ex triplici cauſa igitur,q̃ ſũmitur ex Gal.4.regiminis acutorum cotõ.26.talis pituitoſa eſt facilis ſanationis.primo ex abſentia febris.Vnde non coguntur anhelare,& leui inſpiratione ſunt contenti.Item ex priuatione doloris,vnde nõ debilitantur,& non inflãmãtur.& ſic melius tolerãt nõ cibari.& id qd̃ ſũmunt facilius,deglatiũr non ſe retrahente virtute ob ingẽtem dolorem.Item quia humores pituitoſi,non ſic imbibunt ad partes nobiles& intimas,vti bilioſi,ſui calore & ſubtilitate.q̃ omnes cauſe non contineutur vnico cotõ ſed in proceſſu litere,cũ proportione ad has ſpecies,ſermo fiat.Ergo intelligamus autores cum pituitoſã,celeris diſolutionis pronuntiarunt,ſi a tali pituita procedat.nam a tenaci craſaq; in dies differt ita q ad diem.4.vt dixit A ui.quod ſic dictum a Thadeo a nobisq; enucleatũ non eſt multum ad mentẽ Hip.vbi loquens de tali apoſtemate a fleg.craſo ea protulit q̃ coleximus in vnum.nã ſubtile flegma ſepe fluit ad vẽtrem & non figitur.itẽ aliud eſt loqui de incolumitate & aliud de celeritate termini.nam non dubito colericam inffenſſiorem & ſi intelligo Gal.tertia apho. q illa que accidit autũno,infeſtior ſit ea q̃ veris,quia autũnalis ſit a bilioſis chimis,qui ex eſtate proxima ſeruati ſunt.ſecus de vernali.quo cõgeſta flegmata eliquantur.ſed qualiter bilioſa non erit ob ſubtilitatem ſubſtantie leuis ſuper naturam vt prima.4. viſum fuit?&ita ſane intelligatur Gal.in preſenti,q morbus iſte non ſit acutus,cum tã celeri terminatione.quia intelligitur,quo ad periculi magnitudinem,qd eſt altera pars& principalis, que acutos conſtituit morbos.Dinus vero in hoc paſu dicit.Squinantiam flegmaticam ſolũ dici velocioris curationis priuatiue,qz eſt apã,i quo velocius ſecuramur a ſuffocatione,qua tales interire ſolent,eo q talis humor non ſic impetuoſe fluit, ac non ita fit intrinſecus mẽbris anhelitus. ex quo medicamẽta facilius aplicantur.ſed merito modi ſubſtãtie,nõ negat colericã,faciliori diſolutionis.ſemper faciẽdo cõparationẽ inter ea apãta a quib⁹ releuari

uari poſſunt infirmi quia poſſet colerica octius interire quã pituitoſa ſanari & vice verſa. Si aũt vis. de quadã dũtaxet ſpecie pituitoſe intelligere, puta a flegmate illo dulci, non dedignarer tenere, facilius diſolui colerica. & eẽ velocioris ſaniationis, vt litera antiqua coti dicebat, dic tu, qz hic humor ſatis ſanguini vicinus eſt. de qua, excedit colericã, licet de reſolutiõe, vinci poſſit a colerica. aut ꝙ eſt facilioris diſolutionis in mẽbro quo eſt, quia non facile ꝑmutat̃, vt colerica. & ita, ſecurior ẽ pituitoſa, quã colerica, quia ita nõ facile retrocedit ad nobiliorẽ ſedem. A ui. autẽ ſi vituperauit ignẽ ſacrum exterius. id intelligit ſi ſimul occupat partes intimas. quare &c.

**Si vero nec diebus decretoriis deletur rubor: nec tuberculo inanito in ſede exteriori pus non facile excret: ac videatur ſine dolore agere: mortẽ indicat: aut recidiuam egrotationis.** 19

Sine tuberculo, aut excreatione facile euacuata deleri, aut ſacrũ ignẽ, auruborẽ (vtroqꝫ modo legitur) prauũ fore perſpicuũ eſt. Sed vtrum ita inaudiendũ ſit, vt ſi diebus deleatur decretoriis nullum malũ futurũ ſit, an ſecus? Ita enim nõnulli expoſuerũt, an copulare oportet id cum iis q̃ deinceps ſũt prodita, vt etiã velit Hippocrates illa diebus decretoriis euenire gratia fidei firmioris, qđ inquã verius eſt. Si enim materia diebus tranſmeat decretoriis in pulmonẽ, recurrat qꝫ introrſus ſacer ignis nequaq̃ diſiectus per exteriorẽ ſupficiem nõ ſolũ, non bonũ id eſt, ſed malũ maximũ, ꝓpterea ꝙ ex diei fide firmiorẽ aſſumat prauitatẽ. At ſi pariter tuberculo foras tendẽte ac facile excreante deletur ſacer ignis, aut rubor tantiſper non abolitum iri egrum expectare oportet.

**Securriſſimum vero eſt: ſi ruborqꝫ maxime foras vertatur. GAL.** 20

Hec & item alia que deinceps perſcripta ſunt, clara ſunt quibus prepicta in animo herent.

GLOSA.

Sententia iſtius canonis eſt ſatis obſcura, ideo opꝫ nos ſolicitos eſſe circa ipſius intellectũ. ſũmendo igitur initiũ a precedẽti canone, in quo cõmendauit, tertiã ſpeciẽ ſquinantie vti minus verendã, qz rubor ac tumor verſus partẽ fauciũ pectoriſqꝫ deriuabat̃, vti ad partes exteriores ac minus principales. quo habito, noto in primis, cũ in textu iſto inuat de abſcõſione ruboris, magis aplicandus eſt ad ruborẽ fauciũ, quã pectoris. quia longinqũ eſt credere, per pus ab apãte, releuari illã abſconſionẽ ruboris pectoris. eſt autẽ pus expulſũ ab apãte, laudabilis illius abſconſiois euaſio. volo ergo ꝙ Hip. intendat, ꝙ cũ eueniat aliquãdo, illud apã qđ extra prorrũpebat, abſcondi, aut deleri. qđ tñ ſic extriſecũ, laudatũ fuit ſatis in textu precedẽti. ſi ergo cõtingat ſic deleri, quid inde preſagiendũ ſit, ex preſẽti textu notemus. inquit ergo ſi abſcindatur talis rubor, & non in die cretica, aut deletur, nõ cõmutato in aliud apã in regione exteriori. aut delet̃ abſqꝫ quãtitate puris facile expulſi, tũ dolore ceſſãte, timet̃ mors, aut recidiua. cõcludit ergo. ſecuriſſimũ

igitur eſt, ſi rubor quã maxime foras vertatur. Cum igitur in calce precedẽtis textus dixiſſet (nec ignis ſacer intus recurrat) ſub quibus conditionibus ille retroceſſus erit omnino vituperabilis, & quando non ſic timendus, explicare incipit. ſi enim rubor deletur ſubito, talem abſconſionẽ, ſubitã quietem vocauit Gal. in ſecũdo libro huius in cotõ penultimo. nam ſi paulatina eſſet, victoriã nature & exatam reſolutionẽ ſignificaret, conſiderandum ergo, ꝙ non omnis talis deletio vituperabilis eſt, ſed tunc, cũ ad mẽbrum nobilius trãſfertur, vti in preſenti textu. Si verbi cauſa ad pulmonem, de quo ipſe autor in. 5. aph. textu. 10. vbi dixit, ad plus, mortem occupare in prima 7. & nota ꝙ verbum (liberãtur) quo vtitur noua traductio, non cõgruit mĩtũ paſſioni, q̃ in prima. 7. interimit. itẽ & nota. ꝙ in coti noua litera, non ponuntur illa inditia expulſu, de quibus Aui. diſentit Gal. ſi mollis aut durus debeat eſſe. & ſi concordari poſſint. quod ſi ſic accidat, nulla ſpes eſt, niſi ſuppuretur laudabiliter in ea ſede nobili, & perfecte mundificetur. Ob quod ĩ calce textus citati in. 5. aph. ſi vero hos ſcilicet dies effugerint. ſuppurantur, ſed per ſuppurationem talẽ non certificatur ſalus, niſi dotibus ſit predita perfectis. de quibus multa in ſcđo libro. diximus. dacto etiã, ꝙ deleatur talˀ rubor extrĩſecus. ſi inde abſcõſus, figatˀ in alia ſede ẽt exteriori, & min⁹ nobili, nõ male cõmuttatur uotũ. qđ vtrũq; Gal. amplectens ĩ cotõ. inquit, ruborẽ ceſſare ſine tuberculo in alio loco, ac excreatione facile euacuata, prauũ fore, perſpicuũ eſt. qz a morbis mĩibus, nõ eſt firma euaſio, abſq; euacuatione, aut permutatione. primo dierũ decretoriũ. & qz aliquis poſſet de occulta actiõe nature, in patiẽtis comodũ preſumere, vt illã abſcõſionẽ nõ vituperet, & ſi abſq; illo duplici iudicio, reſpõdemus cũ ſnia Hip. ꝙ nõ preſumitˀ de tali nature comodo, q̃doquidẽ illa abſconſio fuit in die non decretoria. ergo ſine fauore nature, & ſic nulla ſalubris reſolutio, quia talis vim potentẽ deſiderat, prima apho. & in cotõ. 34. in ſecũdo libro. ſi. n. illa actio nãe eſſet, ad diẽ fortunatiſſimũ ſeruaretˀ. quo corpora ſuperiora fauent, & ſpirant nature noſtre. ꝙ ſi tunc agant ſine dolore. nec ideo leteris, qz alleuiatis nõ ſcđm rationẽ nõ op; credere, & ideo antiqua litera bene ſentit. in verbo & ſi dolor requiẽ mentiˀ, nõ ergo certificat aliquid bonũ, imo preſumiˀ totã materiã ſimul abſcõſam eſſe. qua expulſa a loco affecto, ceſſauit dolor ſed ex tẽplo occupat luct⁹ ipſo ſuffocato. vt ipſe ĩ pratica vidi. Vide ẽt ſi colliges ex textu, cũ ꝑ tũc dolore nõ agant, ſi humor ille deriuatˀ ad pulmonẽ q̃ inſẽſibilˀ eſt ĩ ſui ſbã. In ſũma ergo, abſcõſio talˀ ruboris, aut extrĩſeci tumoris, verẽda eſt, ſub trib⁹ cõditõnib⁹. ſ. ſi deleatˀ nõ ĩ die cretica, ſi abſq; manifeſtatione tumoris in pte alia ignobili; ſi abſq; facili excreatione, ſi ad pulmonẽ deriuetˀ. ſub oppoſitis aũt poſſet comẽdari. ſed iuxta illđ verbũ (nec ĩ dieb⁹ decretoriis deletˀ) eſt difficilitas. ã oporteat ad iſtã malã ꝑmutatiõem ẽẽ magis vitupandã, ſit ĩ die decretorio, ã alleuiet a malicia, ſic ĩ die decreto

rio cóparuiſſe? Hip.huic ſecũde parti videt́ ſuffragari.Gal.auté.1.&ſupra
in ſcdo libro.in textu,& potiſſimũ ſi in.7.die &c.tetigimus,ſi natura infor-
tunet́ in dieb⁹,qbus habet iuuari.ſũme malũ expectádũ fore,qz cũ toto na
ture fauore impetuoſior fuit morbus.Ego aũt plano ſéſui litere hereo ma-
gis,qz illa abſcóſio in dieb⁹decretoriis,& ſi neceſſario mortalé,magis certi
ficet,forſá aliqua erit ſalubris,q̃ poterat mortalis eſſe,ſi in die nõ cretica có
tingeret.Nota vlterius,ꝙ iſta verba(nec tuberculo inanito in ſede exterio
ri) poſſunt pacti alium ſenſũ a predicto ſupra,vt.ſ.cótinuetur ſnīa ſic.cum
rubor deletur,ſi ipſo apáte exterioris ſedis inanito,hoc eſt.occl̓tato,pus nõ
ſuccedat facile,peſſimũ eſt,qz nõ tutat́ ab effectione pulmonis:ita ꝙ in tex
tu.nõ fiat métio de deriuatione extrinſece materie,ad aliá extrinſecá ſedé
ſed cũ intus permutat́,poteſt eſſe ſpes ſub duabus códitionibus,vt die creti
ca delat́,& vt facile pus eiiciat́.Notat́ꝗ vltimo.ꝙ ſi mors nõ ſuccedit,aut
ſalus ex dictis códictionibus,ſaltim ſi a morte nõ rapiat́, recidiua egrota-
tiois expectãda eſt.aut ſub priori ſede,natura reluctante cum ipo humore,
aut ꝙ ipſo apparenter ſano,iterum ſimilem incurrat morbum, & ſi non in
priori ſede,natura fatigata ex tot laborib⁹.forſam Gal.in cotó.ex illis códi
tionib⁹text⁹,nõ valetudiné,ſ; vite ꝓrrogationé colligit,ipa recidiua egro
tatiois.ſ; ego ſanari nõ dubito,qz oppoſite códitioés poſſũt oppoſitũ ꝓmi
tere.bonũ igitur eſt ad certioré ſalutẽ,foras maxie cõuerti ruboré.q̃re &c.

## De gurgulione. cap.ix.

Gurgulio cum periculo ſecatur ⁊ ſcharificatur quoad rubi-
dus:magnuſq; fuerit. Inflammatio enim fatigat ⁊ ſangui
nis fluor:ſed hunc op; aliis medicamentis extenuare enitir
per illud tẽpus. Ubi vero ſecretum fuerit omne id qđ vuá
appellát:ſitq;ps gurgulióis ſũma maior ac liuida:ſuperior
vero tenuior p illũ tẽpus moliri man⁹ tutũ ẽ. S; pſtat ſimĺ
aluũ ſubduxeris vti chirurgia ſi liceat p tps:nec eger ſtrangulet. GAL.

PRONOSTICO theoremate permixtum eſt,exiguum quoddam
curationis preceptum,quo ſi nequaq̃ fieri poteſt, vt integre preſagium cog
noſcatur.Gurgulionem ſi inflámatione laboranté precidas,aut ſcharifices
ſanguinis fluor & inflámatio cõmitabitur.Sed quotiens ſecretũ fuerit, qđ
vuã appellát,ſitq; pars ſũma gurgulionis maior & orbiculata,ſuperior ve-
ro tenuior,tátiſper molliri manus tutũ eſt potiſſimũ aluo antea abũde ſub
ducta,ſiue etiá prouidentia medicorũ. GLOSA.

DeſcenditHip.ad pronoſticũ alterius apátis in partibus adiacentibus gu
turi,& ideo aliq̃ cognationé hét hic text⁹ cũ priori,quo de ſquináchia erat
ſmo.gurgulio igit́ ſeu vua mébrũ q̃dá ẽ teſte hali.3.theori.c.17.& aui.9.terti
ſbé carnoſe,dic tu ẽt ñruoſe,& arterioſe,pédẽs a palato ſup aliá pté epigloti
vt defẽſaculũ,q̃ aeré ſubito pl̓moni occurreŕ,ꝓhibet́ ná & ſi aer ſui frigidi

tudine nos

temperet & refrigeret,nõ tamẽ optamus ipſum ingenter frigidũ peruenire ad cor.ob quod machinata eſt natura,multis locis retificari. dicto igitur ꝓ pugnaculo ingreditur moderatior.ac ex hal.loco dicto intrat humetans magis(ſatis vtiliter pro tẽpore eſtus) humiditate iſtius mẽbri.nec minus a puluere ac fumo deffẽdit.quod vtile eſt incedentibus per puruurulẽta loca, cũ vẽtorũ impetus flat.aut luctatoribus,qui lutoſam ſaliuam cõſpuũt,ipſis ex mutuo nixu concitantibus pulueres,ac hiantibus ora,vi flãme replẽtur arena.Preſtatq; hoc mẽbrum in modulando voces, nã detinet aerẽ, ne ſubito efluat.gentili.de hoc vltimo iuuamento dubitat citato loco,de galicis, qui faciunt ſibi amputari vuã,vt magnã vocem habeant.reſpondet,vocẽ magnã dici dupliciter,vel quoad temporis duratiõẽ,vel quo ad impetũ. & ad hunc ſecundum modũ.facit gurgulionis abſciſio,& dicitur vox capitis, ſed ad primũ modum,ipſius preſentia.nã cohibendo aeris efflatiõẽ,ipſumq; ad portiones frangendo,fit illa melodia,q̃ apud noſtrates magis in precio habetur. Habetq; hoc mẽbrũ,ſic ſuſpenſũ ex palato,orificia duo,aliud ſucſum in quo humorẽ ſucipit a cerebro,aliud deorſũ, quo ipſum deponit. Solentq; huic mẽbro plures morbi accidere,frequentior eſt quedã laxitas,preſertim in affectis morbo galico,& eſt familiare inditiũ. in catarris fluoribusq; ſepiſſime elongatur hoc mẽbrum,ſic ꝙ obſtet loquele.que paſſio a germanis crudeliter curatur,ſcilicet violentiſſimo capillorũ raptu, a parte ſuperiori calue,vnde mẽbrane ſuſpenduntur,eleuant nãq; pericraneũ, inde ceteras peliculas,vt ea palati ſimul cũ gurguliõẽ ſurſum rapiatur,ſcda.3 cap.de tortura oris aliquid habes de hoc,cum de ipſo palato mentio fit,nos autẽ,appoſitiõe ventoſarũ.emplaſtris,& pulueribus,cõtẽti ſumus,nam nr̄i dulcorati,egre ferrerent,talẽ dolorẽ,& iniuriã non minus dificile.cum mẽbrum ſit carnoſum,arteriiſq; plenũ,apã incurrit a quocũq; .4. humorũ ſm̄ magis & minus.ſed ſanguineũ,indicat rubor & tumor,colericũ,citrinitas & intenſus dolor.& facies pallida.pituitoſũ,liuida facies,ac in tẽpore deglutionis.quaſi fruſtũ carnis eo loco ſentiant,& ita comuniter conqueritur vulgus.melancolicũ,oſtẽdit duricies particule,ſed lõginqũ eſt, a colera aut melancolia fieri. quibus ſic preambulatis,dicit hip.ꝙ cũ hoc mẽbrũ pactitur apã,& potiſſime ſanguineũ.qđ rubore & tumore explicuit, nõ poterit tali mẽbro opus chirurgicũ adhiberi.ſ.ſectiõis aut ſcharificationis,niſi magno ꝑiculo.q̃ ꝑs anteq̃ plene enodet̃,queram⁹ ab Hip.que noua religio ẽ hec.ſ. agere de curatiõe ĩ hoc libro ꝓnoſticorũ? reſpõdet ſingulariter Gal.ĩ cõt,id nõ pugnare,potiſſimũ ſi doctio ꝓnoſtica ĩde pẽdeat & qz ſi tal̃ mod⁹ curãdi ĩtẽtaret̃, magna ſequerent̃ ĩcomoda,aut ſi fact⁹ fuit,de talib⁹ poſſet formari prognoſticum.ideo hac parte,cauentur futura diſcrimina,,aut factorum periculum pronunciatur.quod totum,non eſt extra limites huius doctionis vt in prologo dictum eſt. ita etiam reddit medicos cautos & non

pre-

preſūptuoſos in opere, viſis damnis q̄ ſequntur. vt non recurrant ad operationé manualé, niſi magna vrgente neceſſitudine. & ideo vltimū instrumētum, poſitū eſt in hac arte. ſi aūt neceſſitudo vocat ad inciſionem, potius ad cauteriū actuale, quā ad nouaculā procedamus. quia tale ex coctura quam facit ſeu ſchara ſiſtit ſanguinē fluentē. quod hic magni metus eſt. tūc quod non ſiſtitur, tunc ꝙ ad cauitates aeris poſſit confluere. & ideo Aui. 9. terci. dixit cum eſt rubea apoſtemoſa, tunc eius inciſio eſt timoroſa. qꝛ ſanguini fluenti per nullam medicinā ſiſtitur. ac ex tali opere anexis partibꝰ, apā poteſt ſuccedere. aut qꝛ, tali apāte illius particule, ſat torqueat̄ infirmꝰ, de nouo tali ſanguinis fluxu. ne ideo ceſſat apā a particula, nā & ſi ſcharificatio licita ſit apātibus magnis, ne in canchrenā tranſeant. ſcda epidi. cotō. 16. nō tamē tētanda eſt in omni mēbro, niſi cetera non contulerint, ergo tali apparēte apoſtemate, a flobot. incipiamus, gargariſmate, pulueribus & aliis ingeniis. quibus ſi ſufragari nec poſſumus, ad manus veniamus. Sic ſubſcanatio licita eſt, indeſperata ſuffocacione. Signū autē iā veniēdi ad manus, eſt mēbrū tēdere incorruptionē, qđ ex liuore partis oſtenditur. exiſtēteq̨ maiori promptitudine ad inciſionē, ex tumore partis ſūme, q̄ eſt ad linguā ſuperiori verſus palatum graciliori tenuiq̨ magis. ibi ergo inſicio fiat tunc a expertiſſimo chirurgico cum facilitate, cū forcipibus ignitis vt inſicio & cauterizatio ſimul exerceatur. ſi autē delicatus aut gnobilis ignem timeret alio modo fiat. Habito ſemp conſilio nunq̄ penitendo, corpꝰ parari vacuationibus precedentibus. O bone deus, quot ſinthomata vulneribus ſuccedunt, ex hac negligentia. Claudit deinde Hip. ſententiam textus. alio conſilio pulchriori, vt ſcilicet ea corporis preparatio vacuationibus antecedentibus, Si ob inſtans periculum locum non habet, incipiatur ab opere particulari. Profecto nihil pulchriꝰ, ſi ſuo tempore fiat. & ſic ſcio aliquos animoſos, a ſquinantia liberatos. qui fuſte acuta propia manu rumpere apoſtemata. Regula. n. artis, vt cōmunes vacuationes particulares precedant, niſi particulares ſint ad remouendū prohibens. Vti de criſteri ad floboth. vt Arnaldus conſulit in parabolis intelligenda eſt, niſi periculum ſit in mora. & ideo in apoplexia, ſchinanchia, rabioſa freneſi, & ſimilibus. fiat flobo. non precedente cliſteri. quia agitur de vita ſemper oculis ſuſpiciendo. ꝙ facta cōmuni vacuatione, partialis habet ſtatim locum, vti fricationes cliſteria & ſimilia. Sic in preſentiarū. facta vuee inſiſione, procedit ad ſolutionem Aui. dic tu ad floboth & ſimilia, vt apā nō occurrat, & certius ſuccedat ſalus. Antiqua vero litera, videt̄ precipere prius feſtinandū, corpus totū purgare, qđ excuſabile videtur, modo ſupra cōſulerit, ad aliā curā confugere. ſi autē piger fuit medicus, aut differtur conſiliū inciſionis, bonum eſt tempore intermedio preeuacuare corpus. aut ſimul, ſi liceat ꝑ tēpore. vt noua cōcludit qꝛ ſepe ob viriū imbecilitatē, duo ꝓſtātiſſima auxilia nō coicidūt. q̄re &c.

Signa & accidentia affecto loco nequaq̃ deffinito. Cap.x. 22

Siquibus febris deſinit non cum inditiis ſolutionis: neq; diebus decretoriis recidiuam expectare oportet. GAL.

QVOTIENS NEVTRVM exiſtat ex iiis que dixit tantiſper expectare oportet recidiuam, non vbi alterum adſit, alterum deſit. Que.n. non ex ratione leuant, faciunt recidiuam, quanq̃ id diebus accidat decretoriis. At vero conſtat, vt hec non ex ratione leuent quecũq; neq; cũ inditiis ſolutionis, neq; diebus deſinant decretoriis. GLOSA.

Docet preſagire in febribus, ex modo terminationis ipſarũ, ſi reddire habent, an exacte iudicate ſint & certe, vt amplius non reddeant. q̃ teſtus obſcuriſſimus eſt, preſertim in dictis Gal. in cõto. Qui vnum ſentit, & aliud dicit. Sentit.n. ꝙ non oportet expectare recidiuationẽ, niſi cum febris habet duo in ſui abolitione.ſ. diei decretori abſentiã, ac inditiorum ſolutiõis. Ex quo ſi die cretica iudicata ſit, talibus inditiis nõ preuntibus, nõ redibit. aut vice verſa. ita ꝙ cõiunctim illa duo intelliguntur, & nõ diiunctim. Hoc ſonat antiqua litera, recẽtior etiam cõti. in illis verbis. quotiens neutrum exiſtat, ex iis q̃ di xit tantiſper, oportet ſpectare recidiuã, non vbi alterũ adſit. alterũ abſit. quaſi dicat, niſi ambo concurrãt ſimul. ꝙ recedat abſq; inditiis ſolutionis atq; extra dies creticos, nõ erit certitudo de recidiuatione, per alterum.n. ipſorũ, ſi deſiſtat poterit nõ reddire. Primũ ergo quod ſe offert notandum. qualiter plures concluſiones latent in textu, & ſunt omnes.4. Prima febris iudicata ĩ die cretica & inditiis ſolutionis. certe iudicatur. hoc eſt abſq; recidiuatione. patet, quia tales ſunt potiſſime conditiones criſis, que ſi certa eſt, a redditu febris tutatur. tertio de criſi. Secũda eſt, oppoſita iſti, qua certificatur, recidiuatio in tali ſolutione febris. Tertia eſt, ꝙ contingẽs eſt, defficiente altera conditionũ, redire, & non redire. Vltima eſt, querẽdo que illarũ conditionũ, magis obliget ad recidiuationẽ, hoc eſt abſẽtia diei cretici, an ſignorũ ſolõnis. & qz prima & ſcđa cõcluſio ſat nota eſt, ideo, ſuper tertia cõcluſione & .4. tãtiſper ĩmorãdũ. prio offerẽdo. neceſſario expectetᷣ recidiuatio ſi ãbo nõ cõcurrãt ex dicto Gal. ĩ cõt. vbi alleuiatio ẽ irationalis põt expectari recidiua, ſed talis ẽ, vbi morbꝰ ſoluitᷣ, aut nõ p̄cedẽtibꝰ talibꝰ inditiis, & ſi dies cõcurrat cretica, aut ſi occurrãt, & dies cretica abſit, igitur maior p̄põ ẽ nota, qz alleuiatis nõ ex ratiõe, nõ op; credere. 2. aph. & minor eſt Gal. in calce cõti. videre poteris. ergo, vbi vtrũq; deficit, aut alterũ, ẽ ſuſpitio de recidiua. & tũc ſic ĩtelligãtᷣ verba Gal. ĩ pricipio coti. quotiẽs neutrũ exiſtat. i. nullũ ex eis q̃ dixit Hip. puta vt nec ſit dies cretica, aut inditia ſolõis p̄cedãt, expectare op; recidiuã. nõ ergo ſecuratᷣ a recidiuatiõe, vbi alterũ adſit alterũ abſit, qz ad fragẽdũ ĩtegritatẽ ſanitatis diiũctio ſufficit vt alias ẽ viderᷣ. erᷣ. ſi alterũ ſufficit ad recidiuationẽ, qz ẽ talᷣ irationalᷣ, a fortiori cũ ãbo cõcurrat, q̃ & ſi vera ſint, nõ pugnat p̄ſe eẽ ad vtrũq; ĩtelligi, aut ſal

uatio, vbi altera conditionũ abeſt.erit tardior, aut leuior, aut nulla. ¶ Sed cui conditionũ magis credendũ ſit ꝓ recidiuatiõe, breuiter apperiamus. ex ſuperficie verborũ Gal. in cõt. videt̃, ꝙ magis obliget ad recidiuam, priuatio diei cretice. in verbo (quanquã id dieb⁹ accidat decretoriis) id etiã ex eo. 4. apho. in calce cõmenti illius. febricitãti niſi diebus imparibus, vbi approbat ſenſum aliorũ antiquorũ, qui eſt, niſi in diebus decretoriis ſoluat̃, recidiua promittit̃, qui etiã ſenſus approbatus ab ipſo, facit ꝓ tertia cõcluſione. ꝙ intelligat̃ ad vtrumlibet, vti media inter primã & ſecundam. ſed cũ. 3. libro epidimi. per plures textus. Videam febrẽ ceſſaſſe diebus decretoriis, nec minus reddiſſe, videãq; etiã, & ſi natura dierũ decretoriũ magna ſit, de ſe nihil facit, niſi vt ſignũ melioris fortune nature. & in ſignis coctionis videã oẽm certitudinem ſalutis. ex Hip. 1. epidi. & Gal. 1. de criſi & mille locis. ſi per inditia ſolutionis, hoc licet in preſentiarũ intelligere, hanc crederẽ eſſe potiorẽ cauſam, q̃ a recidiua tutet̃. Vnde aũt timet̃ ſub tali inditio recidiua? quia potuit vacuatio eſſe inſufficiẽs deffectu expultricis, aut ꝙ nõ fuit adiũcta fauore diei cretice. que aũt relinquunt̃ in morbis ſubuerſiones facere cõſueuere. Intelligere aũt in preſentiarũ p inditia ſolutiõis, accidẽtia cretica q̃ precedunt criſim turbãtia naturã, de quib⁹ textus quibus criſis fit nox difficilis eſt. & de quib⁹. 1. de criſi. ea ſcd̃m que criſis fit nõ oportet appareant ſubito. nõ videt̃ mihi multũ conſentaneũ, quia talia raro viſunt̃, quin criſis ſuccedat. & talis frequẽtius fit ĩ die cretica. vnde poſita vna cõditione, affirmabant̃ ambe. Quod tñ totũ, põt e cõtrario euenire, vt ex Gal. multis locis eſt colligere. puta ꝙ nõ ſuccedat criſis ad ſigna viſa, aut ꝙ nõ in die cretica. ſed talia ſemp ꝓ malo reputant̃. Ergo, ſigna coctiõis celebro in preſentiarũ pro inditiis ſolutiõis. nã ipſis nõ preeuntibus, niſi materia ſit pauciſſima, aut in robuſtis, aut ſit ĩ viis ductuũ, & ſi die cretica coapparuerit, raro ſecurauit a recidiua. Si aũt velles contẽplari, an inditiis ſolutionis nõ precedentib⁹, intelligẽdo de motu veloci morbi, ac ipſi⁹ magnitudine, & de aliis iam dictis. illũ morbũ minus obnoxiũ vni cretice ſolutioni, immo cõſumptioni paulatine. & an talis cõſumendus paulatine, ſit obnoxius magis recidiuationi? fundamẽta habes apud Gal. 3. de criſi & aliis locis, pono ſapiẽtes in via. & in materia ſic ardua, vbi ducem non habeo, ſat ſit excitare ſequentes. ¶ Qui autem dies decretorii intelligendi ſint, vt ipſis, magis a recidiua tuti ſimus. iam ex ſuperficie textus citati. in. 4. aphoriſ. ſunt impares. & ſi Gal. minus approbet eam ſententiam. cum plures morbos reuocet ad memoriam, ſolutos in. xiiii. xx. & aliis paribus abſq; reditu. Verum extat ꝙ ſemper cum benigna ſupportatione. ratio non deeſt ad ſententiã Hipp. quia cum morbi iudicantur. in diebus quibus mouentur per totũ tertium epidimiarũ &. 6. &. 3. de criſi. quia criſis accidit in hora maioris aflictionis. & que in paribus mouentur, communiter ſint humorum graues pituitoſi

obnoxi magis videntur in complecte ſolutioni.& per conſequens recidiuationi.ſecus de biliosis,quorũ motus eſt per impares.& inferẽtib⁹ nature cõnactũ,vnico ictu vendicaṫ ab eis. quipiã ſunt qui ꝓ ſupreſumſere, ſatiſſacere illi narrationi Gal.inuendo,eos dies oẽs eſſe impares ex artificio. hoc eſt cõputo medicinali.nã.xiiii.dies ẽ duo ſeptẽni &.20.triplex ſeptimana,ꝙ ex tribus ſeptenis integraṫ,qui ĩpares ſunt.Demũ reſtat,modo de recidiua fuimus locuti,vnicũ verbũ de ipſa addere.vnde ad ipſam tria requiruntur, ꝙ morb⁹ recedat,reddatq;,intercapedineq; habebat. maiorẽ ea interpollatione,que ex motu humoris ſibi cõgruebat.Ita ꝙ eſt in actu,& potẽtia,& duplex cauſa coniuncta,cum ſimplici antecedẽte.& ſic in medio, corpus tale eſt neutrũ vt nunc.& habet reduci ad actum,per aliquid actu exiſtens.ſ. amalo regimine, aut ſimili occaſione. eſtq; vera recidiua eadem egritudo cum principali, & apprehẽdit aliquid ex tẽporibus eiuſdẽ morbi, & cõtingit,principalẽ,&recidiuã vnico ictu terminari.2.de creticis nõ longe a principio. Que,aũt non vera eſt,nõ efficit vnũ cum radice,nec pẽdet ab eadem cauſa corporea,ſed oritur vt nouus morb⁹.& ſi ex diſpoſitione ſubiecti,ꝓ maiori parte ſit eiuſdẽ ſpeciei ad precedentẽ.& talis, ꝙ pendet a cauſa eadẽ corporea,ſi morbus nõ receſſit publica vacuatione,aut exitura.reddit cum diſpſitione peiori.3. de criſi a principio.& ſi occultã vacuationem, conſentiat Aui. cap. de febre ſanguinis.taliſq; eſt,cum maiori debilitate virtutis. Ob quod Aui. in calce fen.1.quar. nihil operandum quia vt plurimum eſt peior radice.quare &c.

¶ Si qua febris prorogat ſalue affecto homine: nec dolore detinẽte: aut ob inflammationem: aut ob aliquam cuaſam euidentem: expectari oportet abſceſſum cum tumore ac dolore: qui in articulos maximeb; inferiores decumbat. 23

GAL.

Que antea dixit particulatim primũ de abſceſſib⁹ circa ilia,deinde circa thoracẽ ac pulmonem,ea nũc repetens pronũtiauit in vniuerſum. Cum enim triplex ſit cauſa prorogationis febriũ,aut propter aliquã partem affectam curatu difficilẽ, aut propter humores crudos & craſſos incoctoſq;, aut propter aliquod cõmiſſum,ſi nec affecta fuerit pars,aut nulla alia cauſa,aut egri cõmittẽtis,aut curãtium eũ,aut propter exteriorẽ cauſam. Verbigratia,tempus, terrã, conditionẽ, domiciliũ prauum, conflictationem, ſollicitudinẽ,angorem,reſtat vt humoribus crudis,ac cõcoctu difficilioribus prorogetur. Hos igitur aſſolet natura in partẽ quandã ignobiliorem expellere quotiens per excretionẽ pellere extra corpus nõ queat. Sepe enĩ diffinitum iam eſt,vt humores calidiores tenuioreſq; paratiſſimi ſint ad excretionẽ,crudis vero & craſſis,aut per abſceſſum,aut per concoctionem natura medeaṫ. Porro idipſum vt per cõcoctionẽ medeaṫ excretio,quedã eſt ꝙ ex vrina magna ex parte,raro per aliũ efficiatur. GLOSA.

Cum

Cum in prologo iſtius operis dixerimus, in hoc. 3. libro ꝑtractari predi- ctiones, in ordine ad quaſdã ꝓprietates creticas. Viſo de multis, in preſen tiarũ ſe trãſfert ad criſim permutationis, explicãdo locũ ad quẽ frequẽtius permutatur humor. cuius permutatiõis radix & fundamentũ precipuũ, eſt febriũ longitudo, iuſta ſententiã Hip. in. 4. apho. in textu. quibus febres lon ge, his dolores & puſtule in articulis fiũt. cuius longitudinis cauſa, tangitur a Gal. in eo cõt. ac preſenti. qui morbus ſi talis ſit, vna cũ circunſtãtiis ſtatim explicãdis, oportebit expectare abſceſſum in articulis inferiorib9. Eſt aũt cauſa illius ſpacioſi termini, humorũ multitudo, craſſicies, & frigiditudo. q̃ ſeorſum oĩa, ad id facere poſſunt. nec me intromitto in preſenti. ſi a calida materia poſſit eſſe diutin9 morb9. nã p reaggregationẽ poſſibile eſt. 1. tert. cap. de emichranea. vbi inuenies bonã doctrinã gentilis. addit igiť Gal. pro cauſis lõgitudinis morbi, apoſtema, aut opilationẽ, potiſſimũ frigidam, & in mẽbro ignobili. Propter. n. difficillẽ taliũ diſſolutionẽ permanet febris, que talia ſequiť. ad q̃d propoſitum dixit Aui. 1. quar. cap. de rigore. cũ fe- bris alicuius detineť iaceat ſupinus & tangãť viſcera eius, creditur enim ꝙ eſt groſſitudo in viſceribus. q̃d febriẽtibus ſepe cõtingit, cũ frigida ſatiãtur abſq; cautela. Ad cuius ſimilitudinẽ introducit Gal. tertiã cauſam. ſ. errorẽ aliquẽ cõmiſſum a medico infirmo aut aſtãtibus. Poteſt. n. error acutos in chronicos, ſalubres immortales cõuertere. 3. de criſi. ob q̃ ad oĩa oportet ani maduertere, de quo in ꝓlogo apho. & 6. epidi. in textu. egrotantiũ admini ſtrationes. Et dico tibi ſimilẽ prolongationẽ intendi aliq̃n a medico gracia differẽdi vitã. xi. de morbis curãdis. Si vero tales morbi ꝓrogati, ſint ob- noxii eidẽ ſpeciei criſis cũ prioribus, & prolixiori tp̃e, nõ eſt plane cõpertũ. & videť ex ſñia textus ꝙ ſic etiam colligiť cauſa aliqua de mente Raſii de potu frigido in febrib9 libro diuiſionũ, ego ambas ꝓbaui vias &c. Reduca mus igiť ad rẽ, iſtius textus doctrinã. febris detinet, & cũ hoc ſalua eſt, quia poteſt eſſe ꝓlixa & mortalis. Eſt igiť ſalua ex tenore virtutis, q̃ licet abſolu te nõ ſit fortis, quia ſic vacuationẽ tentaret, eſt tñ vt ſufficiat tutari a morte, & abſceſſum facere. ſic Gal. 4. aph. cõt. allegato. quia ipſa diſſoluta ex diuti no morbo nõ valet p conuenientẽ regionẽ morbi materiã emittere, tũc e no biliorib9 mẽbris ad ignobiles ſedes ipſam deriuare conať. q̃d permutatio- nem aut abſceſſum vocamus. Idẽ in p̃ſenti cõt. ſed cur excepit ab hac lege, dolore exiſtente, ob inflãmationẽ, ſeu cauſam manifeſtã. quaſi exiſtẽtibus his nõ obligať talis febris ad abſceſſum? Gal. quaſi id, ſentit in cõt. quaſi in uat, ꝙ exiſtẽtibus humorib9 calidis, virruteq; forti, quib9 vacuatio vi, futu ra ſit, ob dictas cauſas primitiuas, poteſt detineri febris. Non tñ illius longi tudo, eſt obnoxia permutationi. ſed errore caſtigato, ad vacuationẽ erit iu ditiũ. Bene aũt erit abſceſſus futurus, ſi talis lõgitudo fuerit ob cauſam craſ ſorũ humorũ, quos natura lõgo tp̃e concoquẽs. aut paulatim ex veſica va-

cuabit.

